



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

Liber XLVII.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XLVII.



EUGENIUS II. PAPA.

LUDOVICUS IMPERATOR. MICHAEL  
BALBUS.

§. I.

*Michael Imperator Colloquium suadet.*

**A**t Michael Imperator in Oriente im-  
plicitus erat bello civili contra  
Thomam, qui se Constantinum Ire-  
nis filium esse mentiebatur, & Leone  
Arme-

Sæculum IX.  
A. C. 824.

*Post. Theg.*  
n. 30.

Sæculum IX. Armeno adhucdum solium tenente Ar  
A.C. 824. meniam vicinasque provincias in suam

potestatem redegerat. Postquam Michael regnum capeffivisset, Thomas exercitum duxit in Thraciam & mense Dec. anno octingentesimo vigesimo primo Constantinopolim obsidione cinxit. Ergo Michael cum potentissimus sibi immineret hostis, veritus ne Imaginum Cultores se illi jungerent, consilium suggestit, ut cum Iconoclastis ad amicum colloquium congregarentur. Id enim dispicimus ex S. Theodori Studitæ Epistola ad Leonem Sacellarium seu Theodoro præfectum data, in qua dicit: *Eodem nimirum tendebat Leonis nuper Imperatoris conatus, ut cum Heterodoxis sermonem conferremus, & sic contrariam nobis sententiam ferret, sicut putabat, quin & ejus, qui nunc imperat, mens eadem fuit, cum ante tres annos nobiscum hac de re egit. Sed neque inclytus Pontifex noster, nec nos qui præsentés aderamus, id ferre potuimus. Non enim de rebus Sæculi carnisque hic agitur, de quibus judicandi potestas penes Imperatorem est, sed de cælestibus dogmatibus, quæ aliis commissa non sunt, quam iis quibus Deus ipse Verbum dixit: Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata & in Cælo & cetera, nimirum Apostolis*

II. ep. 129.

postolis & eorum Successoribus. *Qui* Sæculum IX.  
*nam porro sunt Successores? Qui Roma-* A. C. 824.  
*nam nunc primam Sedem tenet, qui Con-*  
*stantinopolitanam secundam, qui Alexan-*  
*drinam, Antiochenam, Ierosolymitanam.*  
*Hi quinque sunt Ecclesiæ vertices; penes*  
*bos Divinorum Dogmatum iudicium.*  
*Imperatorum vero & Præsidium est opem*  
*ferre, & comprobare, quæ decreta sunt.*  
*Et infra: Fieri ergo nulla ratione pot-*  
*est, Domine, ut coalescat hæc Ecclesia*  
*non consentientibus quinque Patriarchis.*  
*Quod si roget quispiam, quo pacto id fieri*  
*possit? Si excedant, inquam, Dei Eccle-*  
*sias Heterodoxi, & propriam Sedem Sa-*  
*cer Patriarcha quondam Nicephorus re-*  
*cipiat, qui coacto Episcoporum eorum*  
*conventu, cum quibus pro veritate cer-*  
*tamen sustinuit, pacem conficiat, & Sy-*  
*nodicas suas ad primæ Sedis Præsulem*  
*mittat. Si fieri non possit, ut ab aliis*  
*Patriarchis adsint Vicarii, id certe fieri*  
*potest, si velit Imperator, ut Occidenta-*  
*lis intersit, cui & potestas summa defer-*  
*tur Synodi Oecumenicæ (\*) Quod si bu-*  
*jusmodi Synodum minime probet Impera-*  
*tor*

(\*) Insigne Testimonium! favens illi opi-  
 nioni, quæ Summo Pontifici Auctoritatem po-  
 testati Concilii Oecumenici æqualem vel mayo-  
 rem tribuit.

Sæculum IX. *tor, quia, ut ipse ait, deflexit a Veritate*  
 A. C. 824. *Nicephorus Patriarcha, mittenda est ad*  
*Romanum Pontificem ex utraque parti*  
*Legatio, & inde Fidei accipienda certitudo. (\*)*

*II. ep. 204.*

*post. Theg.*  
*lib. II. n. 7.*  
*p. 30.*

Ad hæc tempora referri solet Theodori Epistola ad Theodoram Imperatricem, Leonis Armeni viduam, ejusque filium Basilium data, in qua gratulatur, quod Hæresim Iconoclastarum abjecerint; sed de miraculo silet, quod referebant, Basilium coram imagine S. Gregorii Nazianzeni vocem recuperasse. Idque hanc narrationem suspectam reddit.

§. II.

*Michaelis Imperatoris Epistola ad Ludovicum.*

*ibid. n. 10. p.*  
*44. Conv.*  
*Paris. Supl.*  
*Conc. p. 106.*

Tandem Michael Imperator fortuna favente Thomam bello vicit, qui captus necatur in medio mensis Octobris

(\*) Plane illo ævo veritatis Catholicæ testis S. Theodoro Studita nullus illustrior extitit, cujus Testimonia, ab Ecclesia Græca & Orientali advenientia, Protestantes nulla exceptione eludere, nulla ratione diluere possunt. Cave autem in Sæculo Photiano satis ea refellere se putat, dum dicit, Theodorum fuisse hominem in conomachia perditissime addictum, superbia inflatum, Schismatis auctorem, furiosum.

bris anno octingentesimo vigesimo ter-  
tio. Sæculum IX.  
A. C. 824.

Anno sequente Michael Legationem  
in Franciam adornat, traditque amplis-  
simam Epistolam ad Ludovicum Impe-  
ratorem, quem Regem Francorum &  
Longobardorum & ab iisdem dictum  
Imperatorem appellat. Narrat seditio-  
nem movisse Thomam, & a se devictum.  
Excusat, quod inter bellorum turbas non  
maturius ad Ludovicum misisset Lega-  
tos. Eos deinde singulos nominat, sci-  
licet, Theodorum Protospatarium &  
Strategum, id est, Spatariorum Princi-  
pem, & Ducem, Nicetam Metropolitam  
Myrensem in Licia, (\*) Fortunatum Ar-  
chiepiscopum apud Venetos, nempe Pa-  
triarcham Gradensem, qui Constantino-  
polim se receperat, Theodorum Diaco-  
num, & Oeconomum S. Sophiae, & Leo-  
nem Candidatum. In hac Epistola Mi-  
chael Imperator pacem & amicitiam  
cum Ludovico Imperatore confirmat,  
& deinde loquitur in hunc modum:

*Sup. Lib.*  
*XLVI. §. 40*

*Sed & hoc vestrae Dilectioni manife-  
stamus; quod multi tam de Clericis quam  
de populo a Traditionibus Apostolicis re-*

M 2 ceden-

(\*) Ecce, S. Nicolai post annos plusquam  
quingentos Successorem! malum! quod iste  
jubente Principe Iconomacho & contra bonam  
causam Legationem suscepit.

Sæculum XI cedentes, res novas & perniciosas inven-  
A. C. 824. xerint. Primum Cruces de Sacris tem-  
 plis tollebant, & earum loco imagines  
 statuebant, coram quibus lucernas accen-  
 debant, & adolebant incensum, eundem  
 iis honorem ac Cruci exhibentes. Apud  
 imagines psallebant, eas adorabant, &  
 auxilium ab iis petebant. Aliqui autem  
 linteaminibus has imagines circumdabant,  
 & filiorum suorum de fonte Baptismatis  
 Susceptrices faciebant. Alii comam ca-  
 pitis eorum, quam abscindebant, adbiben-  
 tis imaginibus, quasi in sinum earum de-  
 cidere sinebant. Alii Monasticum babi-  
 tum sumpturi, suos capillos imaginibus  
 offerebant. Quidam vero Sacerdotum  
 colores de imaginibus radentes immiscue-  
 runt S. Sacrificio, quod communicare vo-  
 lentibus dabant. Alii Corpus Domini  
 in manus imaginum ponebant, unde illud  
 communicare volentes jubebant accipere.  
 Non nulli in privatis domibus pictis ima-  
 ginum tabulis pro Altaribus utebantur,  
 & super eas Sacra Mystera celebra-  
 bant. Multa denique his similia illicita  
 fiebant.

Propterea Orthodoxi Imperatores &  
 doctissimi Episcopi, congregato Concilio  
 in ipso loco, talia fieri prohibuerunt, ima-  
 gines ex humilioribus locis in editiora,  
 ubi prius erant, efferrı jusserunt, ut ha-  
 picturæ essent Fidelium Doctrina, & ne

a rudibus adorarentur, neque lucernas <sup>Sæculum IX.</sup>  
accenderent, neque incensum adolerent. A. C. 824.

Quidam nolentes recipere Concilia loca-  
lia fugerunt hinc & adierunt antiquam  
Romam, calumnias Ecclesiæ inferentes;  
nos vero spretis eorum blasphemis Fidem  
nostram Orthodoxam vobis manifestam  
facimus. Trinitatem unius Naturæ Di-  
vinæ in tribus Personis colimus. Credi-  
mus Incarnationem Verbi, Divinitatis  
& Humanitatis duas Voluntates & o-  
perationes prædicamus. Postulamus in-  
tercessionem Sanctæ Virginis Dei Geni-  
tricis & Omnium Sanctorum, Sanctas  
eorum Reliquias veneramus, & quidquid  
aliud a Beatissimis Apostolis traditum,  
& a SS. Patribus in sex Synodis consti-  
tutum est, confitemur & tenemus. (\*)

M 3      *Mitti-*

(\*) Abusus supra memorati aliqui sunt ma-  
nifesti, & Confessio Fidei, ut sonat, Orthodo-  
xa, sed Cardinalis Baronius de hac Epistola sic  
sentit: *Hactenus Epistola Iconomachi Impera-*  
*toris, quæ cum multa mendacia contineat, &*  
*errores multos in his quæ ad Catholica Dog-*  
*mata spectant, hominem æque fraudulentum ac*  
*impium repræsentat, qui vera multa mendaciis*  
*miscens apparere conatus sit esse Catholicus.*  
Observandum etiam, quod sex solummodo  
Conciliorum mentio fiat, & supprimatur septi-  
mum.



Sæculum IX.

A. C. 824.

*Mittimus igitur ad Romanum Papam Epistolas nostras cum Evangelio aureo lapidibus pretiosis ornato, Patena & Calice similiter aureis, ut offerantur in Ecclesia Apostolorum Principis S. Petri Legatis nostris, quos ut cum honore & securos Romam deduci jubeatis, falsos vero Christianos, qui Ecclesiam calumniantur, inde expelli rogamus.* Dona etiam addita erant Epistolæ Ludovico Imperatori destinata Texta aliquot pretiosa Epistola autem data erat Constantino poli, decima Aprilis, Indictione secunda, nempe anno octingentesimo vigesimo quarto. Legati iidem libros, qui S. Dionysii Areopagitæ opera esse credebantur, Græce scriptos attulerunt, eosque Abbas Hilduinus tanquam Donum sibi a Coelo missum suscepit.

*Areop. ap.**Sur. 9. Octo.**Eginh. an.*

824.

*Synod. Par.  
in Suppl.  
Cont. Gall.  
p. 109.*

Ludovicus Imperator Legatos Michaelis, Rothomagi mense Novembri anno octingentesimo vigesimo quarto ad colloquium admissos, Romam deinde, ut ipsi petebant, dimisit. Imo etiam Fortunatum, Patriarcham Gradensem misit, Papæ rationem redditurum fugæ suæ, cujus causam nullam afferebat, nec Legati Græci quidquam in ejus defensionem meminerant. Suo autem nomine Ludovicus Romam duos Legatos ire jussit Freulfum Episcopum Lexoviensem, & Adegarium, qui cum Papa, cum ipsius

ipſius Mandatariis, & Episcopis Romæ præſentibus ſibi commiſſa tractarunt. Sæculum IX.  
A. C. 825.

Tum ex mandato Ludovici Imperatoris petierunt Pontificis licentiam & conſenſum, ut ab Episcopis ſuis Quæſtionem de Imaginibus examinari juberet, & ſic Pontifex veritatem, in quam ipſius Auctoritate fuiſſet inquiſitum, rejicere non poſſet. Conceſſit Eugenius Papa hanc Imperatori facultatem, cumque Legati Francorum rediiſſent, Ludovicus Imperator multis Regni ſui Episcopis mandatum dedit, ut prima Novembris anno ſequente Pariſiis congregarentur.

§. III.

*Capitulare Aquisgranenſe.*

Interim menſe Majo ejusdem anni octingentefimi vigefimi quinti Cap. to. I. p.  
631. Coint. egit Imperator Aquisgrani, ubi creditur 822. n. 22.  
825. n. 6. Ca-  
pit. to. I.  
p. 361. edidiſſe Capitulare, quod alii ad annum octingentefimum vigefimum tertium referunt. Id complectitur univerſalia ad omnes Subditos Ludovici monita, & mandata Delegatorum in Regni Provincias. Sunt autem Articuli viginti octo. Imperator hortatur Episcopos, ut gregibus ſibi commiſſis invigilent præſertim Monafteriis, in quibus obſervantiam Regulæ cuſtodirent. *Rogamus vos, inquit, ut nobis in noſtro Regimine veri adjutores exiſtatis, & ubicunque ſive culpa cu-*



Sæculum IX. *juspiam Abbatis, Comitum, aut alterius*  
A. C. 825. *Personæ obstaculum deprehenderit, id*  
*nobis insinuare non differatis, ut & no-*  
*stra Auctoritate id emendemus, & ve-*  
*stram ut decet conservemus. Presbyte-*  
*ros vestros edocete, & admonete, si popu-*  
*li in illis quidquam juste reprehenderit.*  
*Ecclesias reparate, & custodite redditus,*  
*vos autem & vestri Archidiaconi nihil*  
*de Ecclesiis accipiendo aliis exemplum pra-*  
*bete. Scholas ad infantes & ministros*  
*Ecclesiæ edocendos, sicut vos facturos*  
*Attiniaci promisistis, ubi id necdum per-*  
*fectum est, instituite.*

- c. 6. Exhortatur Comites, qui Rectores  
 Provinciarum & Judices locales erant,  
 c. 23. ut cum Episcopis concordem vivant, ut  
 Ecclesias & pauperes defendant, Mini-  
 stros Ecclesiæ in adimplendo suo mune-  
 re adjuvent.
- c. 7. Laici omnes in iis, quæ ad Religio-  
 nem spectant, Episcopis & Presbyteris  
 obediant. Vult Imperator per commu-  
 ne testimonium, id est, Episcoporum  
 de Comitibus, Comitum de Episcopis  
 c. 12. sibi referri, an Comites Justitiam dili-  
 gant & faciant, & quam religiose Episco-  
 pi conversentur & prædicent. Episco-  
 pi contra & Comites Principem admo-  
 neant, si talia sint, quæ ipsius famæ, aut  
 c. 13. Reipublicæ salutem nocere valeant. Ar-  
 c. 24. chiepiscopi & Comites Urbium Metro-  
 politici

politicarum a Cancellario Imperatoris <sup>Sæculum IX.</sup>  
 Capitularia accipiant, ea Episcopis ce- <sup>A. C. 825.</sup>  
 terisque Comitibus illius Provinciae mit-  
 tant, describi & publice recitari curent.  
 Cancellarius vero nomina Episcoporum  
 & Comitum, qui ea acceperint, notet,  
 & Imperatori perscribat, ne quis man-  
 data ista negligere audeat.

Sequitur enumeratio Delegatorum  
 & Mandatariorum per Provincias, qui  
*Missi Domini* vocantur. Duo erant  
 Delegati in qualibet Provincia, Episco-  
 pus & Comes. Inter Episcopos qui hic  
 nominantur, memorabiliores sunt: Hei-  
 sulfus Archiepiscopus Moguntinus, Het-  
 to Trevirensis, Hadaboldus Colonien-  
 sis, Ebbo Rhemensis, & Rotadus Sues-  
 sionensis ipsi substitutus in hoc officio;  
 nimirum Ebbo negotiis ad Rempublicam  
 spectantibus, aut Prædicatione Fidei in  
 Dania occupabatur. Præterea inter hos  
 Delegatos leguntur Jeremias Archiepis- <sup>Sup. Lib.</sup>  
 copus Senonensis, Guilebertus Rotho- <sup>XLVI. § 50</sup>  
 magensis, & Landranus Turonensis, vi-  
 delicet Archiepiscopi omnes. In tribus <sup>26. 27. 28.</sup>  
 ultimis Articulis Delegatorum officia  
 præscribuntur, quorum est Episcoporum  
 moribus invigilare, Comitum etiam &  
 ministrorum minorum, Querelas suppli-  
 cantium audire, in ipsis locis omnes cau-  
 sas, quas poterunt, finire, ceteras ad Im-  
 peratorem deferre. Ceterum id mune-

M 5 ris

Sæculum IX. A. C. 825. ris quidem Episcoporum auctoritatem & honorem augebat; at fieri non poterat, quin ea cura ipsos a Regimine proprii gregis, quod præcipuum Episcoporum Officium est, abstraherentur.

## §. IV.

*Conventus Parisiensis.*

*Sup. Lib. XLIV. §. 31* Conventus Parisiensis mense Novembri, ut Imperator jusserat, celebratus est, & omnes Episcopi vocati, excepto Modovino Augustodunensi, quem morbus domi detinuit, adfuere. Lecta est Epistola Hadriani Papæ ad Constantinum & Matrem ejus Irenem data, dixeruntque Episcopi Franciæ, Papam recte quidem illos reprehendere, qui Imagines comminuerent, sed etiam imprudenter præcepisse, ut superstitione adorarentur. Concilium quoque in hac causa celebratum, id est Nicenum secundum, damnarunt, & multo magis Concilium Iconoclastarum a Constantino Copronymo coactum. Censuram Caroli Magni in Concilium Nicenum Libris Carolinis insertam approbarunt, quam Responsis Hadriani Papæ satis refelli non putabant. Jusserunt deinde recitari Michaelis Imperatoris Epistolam, & ex ore Treculfi & Adegarii, quæ Romæ egissent, audierunt. Tandem prælegi præceperunt Textus Scripturæ & Patrum,

*Sup. Lib. XLIII. §. 7.*

*Sup. Lib. XLIV. §. 46. & 58.*

Patrum, quos per angustiam temporis colligere licuerat, eosque miserunt ad Imperatorem Ludovicum per manus Halitgarii Episcopi Cameracensis, & Amalarii etiam Episcopi, qui Imperatorem Aquisgrani sexta Decembris anno octingentesimo vigesimo quinto conveniunt.

Hi itaque attulerunt Conventus Parisiensis Epistolam, omnia, quæ acta erant continentem, & Episcoporum consilium, ut nempe Ludovicus Imperator Papæ & Imperatori Constantinopolitano scriberet. *Non ignoramus, ajunt, quanto dolore conspicerere cogavis, illos, qui suprema Auctoritate pollent, a via recta deflectere, cum ipsorum esset errantes ad eam reducere.* Et post alia: *Quia vero Salus fratrum nostrorum a nobis parvi pendenda non est, nec Summa Potestas temere argui debet, visum est tibi suadere, ut sermonem ad illos dirigas, qui te ad hanc quæstionem agitandam excitarunt (nempe ad Græcos) sic omnia, quæ reprehensibilia videntur, magis in illos cadent, quos liberius liceat arguere, & quorum scandalum facilius tolerari possit. Sic etiam, si compatiendo ad Græcorum infirmitatem te paulo demiseris, Romanos laudaveris, eorumque potestatem extuleris, & nihilominus veritatem ex Scriptura & Patribus leniter ostenderis,*  
*speran-*

Sæculum IX.  
 A. C. 825.

p. 109.

p. 110.

Sæculum IX. *sperandum est, fore, ut Partis utriusque  
A. C. 825. saluti consulas.*

Post hanc Epistolam legebantur Patrum Testimonia in quindecim Titulos digesta, quorum primus pugnat contra illos, qui Imagines volebant abolitas. Secundus Titulus ex Auctoritate S. Gregorii Papæ probat, Imagines legitime servari posse. In duodecim Articulis sequentibus illi refutantur, qui eas adorant, aut nimio cultu honorant; ibique accurate vox, adoratio, explicatur. Putant hi Patres, se discrimen inter Crucem & Imagines demonstrare, & ubique secundum Concilium Nicenum impugnant. Istam Collectionem sequuntur exemplaria duarum Epistolarum, nempe unius ab Imperatore Ludovico ad Papam mittendæ, & alterius a Papa ad Michaellem Imperatorem.

**Conventus  
Parisiensis  
contra Imagines.**

*p. 112.* *p. 113.* *p. 119.*  
*c. 8.9.12.* *p. 121.*  
*c. 13.14.* *p. 131.*

In Epistola ad Papam Ludovicus Imperator eum exhortabatur, ut sua Auctoritate uteretur ad reddendam Orientem pacem, & reducendum Imaginum usum ad illud inter contemptum & superstitionem medium, quod Franci necessarium existimabant. Quærebat, an non e resset, si ambo communi nomine Legationem ad Orientales dirigerent. Rogabat, ne suspicaretur Papa, exemplat Epistolæ ea mente sibi missum fuisse, ut doceretur, sed ut Imperator, quid sentiret,

ret, candide aperiret. Declarat, se Sy-  
 nodum non ideo convocasse, ut aliquid  
 definiretur, sed ut quæstio, sicut Papa  
 permisisset, examini subiceretur. Ex-  
 emplar Epistolæ a Papa ad Michaellem  
 Imperatorem dividitur in tres Articulos.  
 Primo afferuntur argumenta ex ratione,  
 deinde ex Auctoritate, quibus tertio ad-  
 ditur consilium. Auctor Sacræ Sedis  
 potestatem summe extollit, ostenditque,  
 Romanam illam esse Sedem, ad quam  
 Fideles omni tempore non solum ad de-  
 finiendas Fidei Quæstiones, sed etiam  
 ad omnes contentiones in Ecclesia diri-  
 mendas confugissent. (\*) Affirmat, in  
 Ecclesia Gallicana a primis temporibus  
 S. Dionysii (quem a S. Clemente Papa  
 missum credit) S. Hilarii & S. Martini il-  
 lud semper fuisse observatum, ut nemo  
 habere imagines compelleretur, idem-  
 que prohibitum esset nemini, nec un-  
 quam hac de re ortam fuisse disceptatio-  
 nem. Hujus libertatis causam red-  
 dit; quod, licet in orbe terrarum nulla  
 conspiceretur imago, ideo tamen Fides,  
 Spes & Charitas nullum paterentur di-  
 spendium. Ceterum neque imagines  
 his tribus virtutibus nocere, si modo  
 nullus Religionis cultus eis exhiberetur.

Affert

(\*) Inde videmus, quod Franci non credi-  
 derint, hanc quæstionem ad Fidem pertinere.

Sæculum IX.  
 A. C. 825.

p. 132.

107. 7. 03  
 8101. 8

107. 7. 03  
 8101. 8



Sæculum IX. Affert deinde S. Gregorii Auctoritatem  
 A. C. 825. & in Epilogo Michaelem Imperatorem  
 hortatur, ut in Ecclesias sibi subiectas  
 pacem reveheret.

§. V.

*Jeremias & Jonas Romam mit-  
 tuntur.*

to. 7. Conc.  
 p. 1648.

Cum Halitgarius & Amalarius hos il-  
 bellos ad Ludovicum Imperatorem  
 detulissent, isque sibi recitatos appro-  
 basset, misit eos ad Eugenium Papam o-  
 pera usus Jeremiæ Archiepiscopi Seno-  
 nensis & Jonæ Episcopi Aurelianensis,  
 adjuncta alia Epistola, in qua rogat Pa-  
 pam, ut cum ipsis utpote Præfulibus Sa-  
 crarum litterarum Doctrina & arte dis-  
 ferendi instructissimis de Legatione in  
 Græciam adornanda conferret. Non  
 eo animo, inquit, *Episcopos hos misimus  
 ad te cum collectione Textuum, ut quos  
 ignorantem doceremus, sed ut, pro officio  
 nostri ratione in arduo negotio te adju-  
 vemus.* Hortatur deinde Pontificem,  
 ut causam istam pertractet ea modera-  
 tione, quam tam Græci quam Romani  
 laudare cogentur. Præter hanc Epi-  
 stolam duo Episcopi Jeremias & Jonas  
 mandata acceperant hujusmodi; *Sed &  
 vos ipsi tam patienter & modeste † cum  
 eo de hac Causa Disputationem habeatis,  
 ut summopere caveatis, ne nimis ei resi-  
 stendo*

*ibid. p. 1649.*

† sunt ipsa  
 ex Actis ver-  
 ba.

*stendo eum in aliquam irrevocabilem per-* Sæculum IX.  
*tinaciam incidere compellatis; sed paula-* A. C. 825.  
*tim verbis ejus quasi obsequendo magis*  
*quam aperte resistendo ad mensuram, quæ*  
*in habendis imaginibus retinenda est, eum*  
*deducere valeatis. Si id feliciter effece-*  
*ritis, & Papa indicaverit, quod Lega-*  
*tos suos ob eandem causam in Græciam*  
*mittere velit, volumus ut eum interroge-*  
*tis, si placeat, ut nostri Legati pariter*  
*eum suis in Græciam pergant. Et si*  
*hoc se velle responderit, volumus ut*  
*promptissime litteris vestris nos de hac*  
*re certos faciatis simul & de vestro ad-*  
*ventu ad nos, ut eo tempore, quo vos ad*  
*nostram veneritis præsentiam, Halitga-*  
*rium & Amalarium nobiscum invenia-*  
*tis. Hos ut conjectura est Imperator*  
*in Græciam missurus erat.*

Non nulli Synodi Parisiensis Scripto-  
 rem Agobardum Archiepiscopum Lug-  
 dunensem esse putarunt. Saltem in Do-  
 ctrina illis Episcopis consentiebat, ut ap-  
 paret ex ejusdem Tractatu de Imagi-  
 nibus sub idem tempus verisimiliter  
 scripto; nam in eo in aliquos abusus, de  
 quibus querebatur Michael Imperator,  
 vehementius invehitur. Hic vero Ago-  
 bardi Tractatus nulla ferme alia parte  
 constat quam collectione locorum ex S.  
 Augustino & quibusdam aliis Patribus  
 excerptorum, quibus demonstrare niti-  
 tur,

Sæculum IX. tur, solum Deum adorare licitum esse,  
A. C. 825. eundem nulla specie posse repræsentari,  
 nec ullum Cultum imaginibus Sancto-  
 rum, nec etiam relativum exhiberi de-  
 bere. Nec concedere vult, ut Sanctæ  
 dicantur; quin imo dicere audet, ex  
 emplo a Serpente æneo adducto, confrin-  
 gendas esse, si populus iis abutatur.  
 Tandem non alia de causa servandas  
 esse, quam ad nostram Doctrinam & re-  
 rum præteritarum memoriam. Paucis,  
 nemo ex omnibus Ecclesiæ Gallicanæ  
 Scriptoribus in materia de cultu Imagi-  
 num Agobardo magis Græcis adversatur.

c. 32.  
 c. 31. 33.  
*Mabil. in*  
*Præf. to. 5.*  
*Art. n. 30. 44.*

Nescimus, quænam Conventum Pa-  
 risiensem & Episcoporum Jeremiæ & Jo-  
 næ cum Papa Collationem secuta fue-  
 rint; illud vero exploratum, Francos  
 adhucdum per aliquod tempus eandem  
 Doctrinam de imaginibus retinuisse;  
 eas nec abolendas esse nec adorandas,  
 item Concilium Nicenum secundum  
 non recepisse, seque in hoc Articulo Au-  
 thoritati Papæ, illud approbantis, non sub-  
 misisse; & nihilominus æque certum  
 est, eorundem cum S. Sede Commu-  
 nionem nec uno momento fuisse inter-  
 ruptam. (\*)

§. VI.

(\*) Nempe cum Summi Pontifices viderent,  
 abesse contumaciam, Francos nulla sententia  
 publice

## §. VI.

Sæculum IX.  
A. C. 826.*Herioldus Rex Daniæ convertitur.*

**H**erioldum Daniæ Regem, & folio jam Ann. Egin. 826. Astron. eod. Theg. c. 33. vit. S. Anchar. n. 10. anno octingentesimo decimo quarto dejectum, & profugum, Ludovicus Imperator excipiens hortatus fuerat, ut ad Christiana Sacra transfiret, sic enim amicitiam inter ipsos fortius coalituram, & Christianos ad opem ferendam alacrius coituros. Post plura molimina, necdum potiri regno potuerat, cum ad Imperatorem, Ingelhemii mense Junio anno octingentesimo vigesimo sexto Comititia celebrantem venit. Tunc vero ad fidem se convertit, & cum Regina Con-

publice lata damnarunt. At vero certe errarunt Franci, cum Romanos cultus in imagines superstitiosi accusarunt, errarunt, cultum relativum rejicientes antiquissima traditione fundatum, errarunt maxime quod tandem Concilium Nicenum secundum Universale non receperint. Audiamus ultima verba adnotationis R. P. Jacobi Sirmondi S. J. in Editione Parisiensi Act. Conc. *His igitur prætermittis, quæ absurda sunt, ideoque a Bellarmino & Baronio Maximis Cardinalibus accurate refutata, atque a Gallis postea ipsis, mutato consilio, receptaque imaginum veneratione, damnata, reliquum est ut Ludovici ad Eugenium Epistolam &c.*

Sæculum IX.  
A. C. 826.

Conjuge magnaue Danorum multitudine in Ecclesia S. Albani Moguntia baptizatus est. Ludovicus Imperator Regem & Juditha Imperatrix, ejus secundis nuptiis uxor, Reginam e fonte Sacro suscepit. Intelligens autem Imperator, Herioldum post abjectam patriam Religionem multo difficilius in majorum suorum Regnum restitui posse, Riustricensem Comitatum in Frisia ei donavit, quocum familia exul se reciperet, si fortuna adversaretur, & muneribus cumulatim dimittere parabat. Hic primus illius gentis Rex Christianus legitur.

Ne vero solum & sine auxilio Religiosorum virorum abire sineret, virum piuum solícite quærere cœpit, qui proficiscentem comitaretur, & Regem cum suis in Religione novissime suscepta confirmaret.

Hac de re Imperator in Comitibus publice mentionem ingessit, & nemine occurrente, qui tanto zelo ageretur, ut profectionem periculis plenam in se susciperet, solus Wala unum Monachorum suorum obtulit. S. Adalhardo secunda die Januarii eodem anno octingentesimo vigesimo sexto satis functo frater ejus Wala in Abbatem veteris Corbejæ electus fuerat. Corbejæ novæ, haud diu abhinc in Saxonia fundatæ Warinus, qui Adalhardo successerat,  
 Abbas

Abbas erat. Ergo Wala in Comitibus Sæculum IX.  
 Ingelhemensibus præfens Ludovico Im- A. C. 826.  
 peratori respondit, habere se in sua  
 Congregatione Monachum, ardenti de-  
 siderio pro Deo patiendi incensum, opti-  
 mis moribus & donis instructum, pau-  
 cis, huic operi omnino idoneum. *Ne-  
 scio tamen, adjecit, an grave onus subi-  
 rivelit.* Is vocabatur Ansharius. Cum-  
 que Imperator jussisset, ut accerferetur  
 ad Regiam, & Wala Abbas ipsi signifi-  
 casset, qua de re sermo esset, Ansharius  
 ad omnia, quæ sibi pro Dei Servitio præ-  
 ciperentur, paratum se esse dixit. Idem  
 sibi propositum in conspectu Imperato-  
 ris professus est, & Abbate dicente, id  
 se non præcipere, sed hanc molitionem  
 ipsius arbitrio relinquere, constanter re-  
 spondit, animo firmo constitutum habe-  
 re, ut proficisceretur. Ubi res emana-  
 vit in plures, qui Walam Abbatem com-  
 mitabantur, obstupescabant, quod An-  
 scharius eo adduci posset, ut patriam,  
 parentes, Monachos, quibuscum enutri-  
 tus fuerat, relinqueret & in Regionem  
 extraneam iret inter homines ignotos  
 & barbaros victurus. Aliqui insanum  
 esse propositum dicebant, alii dehorta-  
 bantur. Ipse nihilominus in sententia  
 persistens, quamdiu Wala Abbas apud  
 Imperatorem moratus est, nam quoti-  
 die Regiam adibat, domi manere, in vi-

Sæculum IX. nea Palatio proxima solus degere, ora  
 A. C. 826. tioni ac lectioni vacare.

## §. VII.

*S. Anscharius in Dania.*

*vit. to. 6. Act.* *SS. Ben.* *p. 79.* Anscharius adolescentulus Monasterio  
 Corbejensi ad Sommonam traditus,  
 ad pietatem excitatus est multis visioni-  
 bus, quas solummodo amicorum intimis  
 communicavit, & non prius quam e vi-  
 ta excessisset, quod ipse multis precibus  
 efflagitaverat, vulgatæ sunt. Munus  
 docendi in illo Monasterio ipsi injun-  
 ctum, cumque Corbeja nova in Saxonia  
 fuisset fundata, statim illo missus est, ut  
 & ibi Magistri officio fungeretur.

n. 9.

n. 12.

Tunc igitur, cum hominum confor-  
 tia fugeret, & ad iter capeffendum in  
 Daniam omnia pararet, Monachus no-  
 mine Autbertus, qui tunc etiam cum  
 Wala Abbate in Palatio versabatur, ad  
 eum venit, & interrogat, serione illam  
 profectionem moliretur? suspicatus est  
 primum Anscharius, fraudem quæstioni  
 subesse, qua a proposito dimoveretur.  
 Sed Autberto affirmante, quod sinceris-  
 simo animo ageret, dixit, statutum sibi  
 esse, proficisci. *Ego vero, respondit Aut-*  
*bertus, non permittam ut solus eas,*  
*comes ero individuus pro Dei amore,*  
*si modo facias, ut mibi abeundi facultate*  
*Abbas tribuat.* Anscharius Wala  
 ex

ex Palatio redeunti obviam procedit di-  
 cens, sibi suscipiendi itineris socium esse  
 oblatum, & cum Autbertum nominas-  
 set, Abbatem in admirationem rapuit.  
 Erat enim Autbertus nobilissimis natus  
 parentibus, quem Abbas arcanorum con-  
 scium, & rebus domesticis præfectum  
 habebat. Ipsum ergo Autbertum inter-  
 rogat, & abeundi licentiam concedit,  
 utrique edicens, nemini se ex Congrega-  
 tione sua præcepturum, ut ipsis famula-  
 retur, nisi sponte ire vellet, quia inhu-  
 manum sibi videretur, quemquam com-  
 pellere, ut inter Infideles versaretur.

Wala ambos deduxit ad Imperato-  
 rem, qui eorum proposito maxime de-  
 lectatus, dedit eis supellectilem Sacram,  
 cistas, tentoria, aliaque ad longum iter  
 necessaria. Præcepit vero, ut Heriold-  
 dum & suos in fide confirmarent, ne in  
 pristinos errores relaberentur, sed ad  
 convertendos alios plures animum ad-  
 jicerent. Itaque profecti sunt nullum  
 servulum habentes, nam Herioldus Neo-  
 phytus, quanti faciendi essent viri, igno-  
 rabat, & Dani ipsius comites alienis e-  
 tiam moribus imbuti parum in eos in-  
 tenti erant. Hinc itineris principium  
 non sine gravi difficultate fuit. Ubi Co-  
 loniam pervenerunt, Hadelbaldus An-  
 tistes eorum necessitati compatiens na-  
 vem eis peculiarem, ubi sua reponerent,



Sæculum IX. concessit duabus mansuunculis instruatam. A. C. 826. Hæc cimba Regi Herioldo tam commoda visa, ut una Cellula ipse uteretur, altera Monachis relicta. Unde deinceps cum eisdem familiarius agere cœpit, & ipsius etiam famuli promptius Sanctis Viris obsequi. Ita secundo Rheno vecti, Frisia peragrata ad Daniae fines pervenerunt. At Herioldus, cum necdum secure in patria degere posset, remansit in Frisia illam Ditionem, quam ab Imperatore dono acceperat, incolens.

Anscharius & Autbertus in illa Provincia cum ipso remanserunt, & jam inter Fideles jam inter Paganos versati prædicando & erudiendo quotquot poterant, convertebant. Multi fidem amplexi sunt, votis ac conatibus piis respondente successu. Duo viri Religio quærebant pueros, quos emerent, & in Dei Servitio educarent. Herioldus Rex de suis aliquos dedit, unde Scholam plus quam duodecim puerorum congregarunt. Adsciti etiam aliunde adjuutores, quorum ope ac subsidio Christiana Religio in illis partibus mirifice propagata. Cum ita duobus amplius annis laborassent, Autbertus morbo correptus in Saxoniam ad novam Corbejam deductus, ubi felici transitu extremum diem clausit.

## §. VIII.

Sæculum IX.  
A.C. 826.*S. Theodori Studitæ obitus.*

In Oriente S. Theodorus Studita in gra-  
 vem morbum incidit mense Novem-  
 bri ineunte. Gliscente vero ejus peri-  
 culi fama Episcopi complures, Cœno-  
 biorum Antistites, alique homines pii  
 adesse festinarunt, ut moriturum ultimo  
 conspicerent. Cum lingua officium ne-  
 garet, accito Notario debili voce dicta-  
 vit, quæ ad circumstantes dicturus fuis-  
 set. Tum remittente morbo suis pedi-  
 bus incedens Ecclesiam petiit, ibi San-  
 ctum Sacrificium celebravit, erat enim  
 Dies Dominica illius mensis quarta. Rur-  
 sus congruam habuit ad præsentem ora-  
 tionem; postquam autem illis dedisset  
 Communionem, & cum ipsis cibum sum-  
 sisset, lectulo iterum decubuit, advoca-  
 vitque Oeconomum, quem de aliquibus  
 necessariis edocuit. Naucratus is erat,  
 fidelis ejus Discipulus & qui præfectu-  
 ram post eum gessit. Sexta die Novem-  
 bris, S. Pauli Episcopi Constantinopoli-  
 tani & sub Constantio Confessoris me-  
 moriæ Sacra Theodorus Ecclesiam rur-  
 sus petit, tum Sacris operaturus tum  
 verba facturus ad Fratres. At sequente  
 nocte ingravescente vi morbi, cum per-  
 biduum magnis doloribus fuisset excru-  
 ciatus, sensit sibi obitum instare, & fra-

*vit. n. 123.**Sup. Lib.  
XIII. §. 8.*

Sæculum IX. tribus excessum suum annunciavit  
A. C. 826. Duos alios dies in hunc modum exegit  
 accedentibus benedicens Crucisque si-  
 gnum imprimens.

Die autem Dominica undecima No-  
 vembris S. Mennæ Martyris honori sa-  
 cra, cum sensim deficere se animadver-  
 teret, consuetas laudum preces incho-  
 ri jubet, oleo infirmorum ungitur, &  
 Communionem in viaticum animæ &  
 munimen accipit. Mox etiam lumina-  
 ria succendi, & recitari hymnos in fu-  
 neribus dici solitos innuit. Discipulo-  
 rumque corona circumstante, ac can-  
 tante Psalmum longum centesimum de-  
 cimum octavum, quem Græci hodie-  
 que in exequiis recitant, appositus est  
 ad Patres suos. (\*) Annos natus erat  
 sexa-

*Enchol.*  
*p. 109.*

(\*) Præfationis ad Tomum quintum Variorum Operum Jacobi Sirmondi S. J. Presbyteri, nitidissimæ Editionis Venetæ, anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo, hoc est exordium: *Quis quantusque vir fuerit Theodorus Studites, sive sanctitas vitæ & facta ejus præclara; sive Doctrina, eloquentia & ingenii monumenta spectentur: quantaque viri auctoritas & existimatio in Ecclesia Orientali extiterit; tum Vita a Michaele monacho, qui cum ipso vixit, accurate conscripta. . . . tum etiam quæ collegimus Veterum de eo testimonia: ac demum Elogia sane luculenta a nobis ex Baronii*

sexaginta sex obiitque extra urbem Constantinopolitanam in Peninsula S. Triphonis, unde primum in Principis Insulam & post spatium annorum octodecim in Monasterium suum Studiense translatus est. Naucratus Theodori Successor datis litteris circularibus ad illos omnes, quos persecutio in diversa sparserat, obitus ejus adjuncta enarrat. Vitam vero ipsius Michael Studita ejus Discipulus aliquanto post scripsit. Ejusdem memoriam Ecclesia Græca ipsa die undecima Novembris, & Ecclesia Latina die sequente colit.

Sæculum IX.  
A. C. 826.

vit. n. 131.  
Combes. to. 2  
Auct. Bibl.  
p. 855.  
Mart Rom.  
12. Nov.  
Menol. II.  
Nov.

## §. IX.

*S. Theodori Testamentum.*

Præter illud Testamentum, cuius supra meminimus, reliquit & aliud amplius, quod Platone adhucdum in vivis agente scripserat. In eo leguntur primo Fidei ipsius Confessio, tum multa ad Abbatem Successorem suum & Monachos suos monita, tanquam totidem Instituti Monastici præcellentes Regulæ. Ad Abbatem dicit: *Non possidebis ex Mundo hoc*

Sup. Lib.  
XLVI. §. 38  
Oper. init.  
p. 80. c. 7.

N 5 quic-

*ronii Annalibus sublecta . . . abunde docent.*  
Econtra, idem Sanctus Theodorus Caveo Anglo in Sæc. Phot. est homo petulans, superbia inflatus, Regimini Ecclesiastico, ac rebus maximi momenti, illotis manibus, sese immiscens.

Sæculum IX. *quicumque ne quidem unicum argenteum.*  
 A.C. 826. *Non divides animum & cor tuum aliis*  
*curis & sollicitudinibus, sed totum tuum*  
*fratribus & filiis spiritualibus dabis.*  
*Non erogabis in propinquos aut amicos*  
*olim tuos ex Monasterii rebus quicumque.*  
*Non possidebis Servum, nec tuos in usum*  
*nec proprii Monasterii, nec ad agros ex-*  
*colendos, hominem qui ad imaginem Dei*  
*factus est. Christi exemplo pedibus iterum*  
*facies, aut pullus asini erit jumentum*  
*tuum. Curabis ut Fratribus omnia sint*  
*communia usque ad usum acus. Non*  
*frequenter egredi proprium ovile dese-*  
*rens sine necessitate. Catechesin seu*  
*Collationem non omittas ter qualibet*  
*hebdomada vel per te ipsum vel per*  
*alium quempiam. Non ineas amicitiam*  
*cum Canonica; neque ingrediare Mono-*  
*sterium illarum. Non aperies ostium*  
*Monasterii tui ad intromittendam fa-*  
*minam ullam sine magna necessitate.*  
*Non loquaris mulieri nisi cum duabus*  
*ab utraque parte personis astantibus.*  
*Si fieri possit, mulieri extra mutuum re-*  
*spectum loquere. In domo Sæculari, in*  
*qua etiam mulieres sint, non diversificabis.*  
*Non habebis in cella tua Discipulum*  
*adolefcentem, sed ministeria tua*  
*obeant diversi fratres. Non uteris ve-*  
*stimento pretioso, præterquam Sacerdot-*  
*tali. Non eris delicatus ac lautus ne-*

que in privato sumtu tuo; neque cum Ho-  
spites recipis. Non recondas aurum in  
Monasterio tuo, sed quidquid in unoquoque  
genere redundabit indigentibus largire.  
In œconomos & cellerarios curam rerum do-  
mesticarum transferas, tibi curam anima-  
rum reserves; rationem tamen uniuscu-  
jusque administrationis exigas. Non fa-  
cies vel ages quicquam in re ulla, sive ad  
animam spectet, sive ad corpus ex iudicio  
proprio. Sed aliorum iudicium duorum  
vel trium, prout subjecta res postulat, ad-  
hibebis. Ex his monitis dispicere licet,  
qualis viris piissimis in Oriente vitæ Mo-  
nasticæ Idea fuerit.

Eadem Doctrina deprehenditur in  
Epistola Theodori ad Moniales, quæ  
ab ipso aliqua oratione erudiri petie-  
rant. Hortor vos itaque, inquit, non  
ad ea quæ circumstant exempla intue-  
ri, maxime vero non ad simulatam,  
quam pleræque moniales præferunt, con-  
versationem tepidam, sed ad egregia  
exemplaria Sanctorum, quorum vitas ha-  
betis præ manibus. Quandoquidem nec  
pictor ex deformibus, sed ex decoris ima-  
ginibus ac vetustate conspicuis imaginem  
expresserit.

## §. X.

## S. Theodori Opera.

Cetera S. Theodori Opera, ut ea enu-  
merat

Sæculum IX. merat Michael Studita, erant parva & magna Catechesis, Volumen panegyricum in dies Festos Domini, nec non Deiparae, & S. Joannis Baptistæ, Liber versibus jambicis de primis hominibus usque ad Noe & filiiis ejus, libri quinque Epistolarum, Liber Dogmaticus contra Iconomachos, & Institutiones ad Monachos suos versibus Jambicis. Habemus Catechesim parvam centum triginta quatuor sermonibus distinctam in dies Festos totius anni, & in alia pietatis Christianæ argumenta. Magna Catechesis est institutio amplior de officiis Monachorum necdum translata nec edita. At publicæ lucis factæ sunt ducentæ septuaginta quinque epistolæ in duos Libros divisæ, & integra collectio mille circiter epistolarum fuisse videtur. Item supersunt aliqua opera adversus Iconomachos, & centum viginti quatuor Epigrammata versibus Jambicis. Græci complures cantus suos Ecclesiasticos ipsi tribuunt.

n. 33.  
*Auct. Biblio.*  
*PP. Paris.*  
*to. 2. p. 1280.*  
*Elench. oper.*

*Antirrh. 11.*  
 n. 38.  
 1. epist. 27.

1. ep. 38.

S. Theodorus Concilii Trullensis ubique reverenter mentionem facit, quod partem esse putaret Concilii Oecumenici sexti, quæ opinio omnibus Græcis communis erat. Verum de Concilio Niceano secundo in epistola ad Arsenium dicit: *Roma Synodum non habuit pro Oecumenica sed pro locali, & quæ proprium locorum istorum errorem emendasset.* Neque

que enim aliorum Patriarcharum Vica-  
 rii erant, qui pro iis sedebant. Romani  
 autem non propter Synodum, sed ob aliam  
 causam huc missi venerant; quare & de-  
 positi, ut fertur, post reditum fuerunt ab  
 eo qui miserat, quamvis coactos se fuisse  
 causarentur. Alii quidem ex Oriente ad-  
 fuerunt, sed a nostratibus persuasi & in-  
 ducti non autem a Patriarchis missi, qui  
 nihil hac de re, ne postea quidem sci-  
 licet ob metum Arabum, sciverunt. Hoc  
 autem idcirco faciebant homines no-  
 stri, ut Hæresi ad hærentem populum faci-  
 lius ad orthodoxam Fidem pertraherent,  
 si persuasissent, Oecumenicam esse Syno-  
 dum. Cum Theodorus in Oriente in  
 hunc modum loqueretur, non est obstu-  
 pescendi locus, in Francia Concilii Ni-  
 ceni secundi Auctoritatem difficulter fuisse  
 receptam. At vero hanc ipsam Syno-  
 dum fuisse Oecumenicam Theodorus *II. ep. 162.*  
 posteriore tempore professus est, nam *166. 72.*  
 in pluribus epistolis suis Oecumenicam  
 vocat, & dicit, a quinque Patriarchis  
 fuisse receptam. Tandem Petro Epis-  
 copo Niceno reconciliationis suæ modum *II. ep. 127.*  
 cum Nicephoro Patriarcha referens ait: *vit. 120.*  
*Dixerunt, nos a Tarasio descivisse, & S.*  
*Concilium Nicenum secundum locale ap-*  
*pellare, sed jam probavimus, & illum in*  
*Sanctis Patribus a nobis haberi, & nos Sy-*  
*nodum Oecumenicam verbis scriptisque*  
 con-

Sæculum IX.

A. C. 826.



Sæculum IX. *confiteri. Licet uspiam aliquando quibusdam aliter responderimus; quæ quidem non oportet, sicut nec ea, quæ tum aliter acta fuerunt, nunc inquirere & refricare. Id enim tumultus causam præbet, nec ullum emolumentum affert.*

## §. XI.

*Concilium Romanum.*

to. 8. p. 103. **R**omæ Eugenius Papa celebravit Concilium, cujus Decretum decima quinta Novembris, anno Imperatoris Ludovici decimo tertio, Lotharii decimo, Indictione quarta, nempe anno octingentesimo vigesimo sexto datum est. Adfuerunt cum Papa Episcopi sexaginta duo, omnes ex Italia & illis Provinciis, quæ Francis parebant. Primus erat Petronax Ravennas. Adfuerunt etiam Presbyteri octodecim, Diaconi sex, & complures Clerici. Theodorus Diaconus nomine Pontificis legit brevem sermonem, qui toti Constitutioni præfatione esset, eumque ex Concilio Gregorii secundi mutuaverat. Unde conjecturæ locus est, Romanos illa ætate nec orationem in promptu proferre, nec de sua penu quidquam depromere potuisse. Tum Canones triginta octo editi, plerique ad emendationem Clericorum spectantes. Presbyteros officium suum ignorantes Episcopus admoneat, & suspendat, ut tempus habeant, quo erudiantur, & si hæc

Snp. 1. XLI.

I. 39.

G. 4.

si hæc indulgentia nihil profecerit, etiam deponantur. Metropolita eandem industriam ad corrigendos suos Suffraganeos adhibeat. Magnam illorum temporum ignorantiam fuisse in Italia necesse est; hinc etiam in illo Concilio præcipitur, ut scholæ instituantur in Ecclesiis Cathedralibus, in Parochiis, aliisque locis, ubi necessaria viderentur. Prope Ecclesias Cathedrales Claustra extruantur, in quibus Clerici vitam communem ducant, habeantque Præpositos idoneos & Episcopo subjectos. Hæc vi Decretorum Concilii Aquisgranensis circa Canonicos acta videntur. Episcopi Parochos ignotos non immittant, non explorato incolarum consensu. Nec Presbyteros ordinent nisi eis certos Titulos & Ecclesias destinent, ne in domibus Sæcularium manere cogantur.

Presbyteri usuras non accipiant, non venentur, non occupentur labore rurali, & si domo egrediantur, ubique veste Sacerdotali incedant, ut ad opera Ecclesiastica semper parati sint, & Sæcularium hominum insolentiæ non pateant. Ver-  
 teres boni non vetabant, Presbyteros agriculturæ operam dare, ut vidimus in S. Felice Nolano, quem S. Paulinus tantopere deprædicavit. Forsitan ob Barbarorum dominatum hic labor in opinione hominum jam tunc viluerat. Episco-  
 pi

Sæculum IX.  
 A. C. 826.

c. 34.

Sup. add. an.  
 2. to. Lib.  
 VIII. n. 51.

c. 19.

Sæculum IX. pi & Clerici habeant Procuratores, qui  
 A. C. 826. suas & Ecclesiarum suarum causas in ju-  
 dicio agant, ne ipsi a functionibus Eccle-  
 siasticis abstrahantur. Verum in crimi-  
 nalibus per se ipsos causam dicant. Pres-  
 byteri non teneantur in iudicio testes  
 esse, nisi sint testes necessarii. Episcopi  
 bona Parochiarum aut aliorum piorum  
 locorum in usus proprios non conver-  
 tant, nec exigant quidquam ultra quam  
 antiqua consuetudine accipere licuit.  
 Presbyteri nullius oblationes recipere  
 recusent. Id forsân privatæ vindictæ  
 causa non nunquam fiebat.

Fundatores possint constituere Pres-  
 byteros in illis Monasteriis vel Oratoriis,  
 quæ fundaverint, accedente Episcopi  
 consensu, cui illi Presbyteri subsint.  
 Abbates sint Presbyteri, ut maiore aucto-  
 ritate præsent. Episcopi corripiant Mo-  
 nachos, qui vestem quidem gerunt, sed  
 observandam Regulam compellant. At  
 e Monasterio dimittatur Monachus, qui  
 vi adhibita immissus fuit, nisi id merito  
 suo & ob commissum crimen ipsi obtige-  
 rit. Quædam personæ, maxime autem  
 femina in balneo corpus lavando, cantio-  
 nes obscenas recitando & saltitando dies  
 Festos consumebant; præcipitur Presby-  
 teris, ut hæc scandala tollant.

§. XII.

*Eugenii II. Obitus. Valentinus  
Papa.*

Sæculum IX.  
A. C. 827.

**E**ugenius Papa anno sequente octingen-  
tesimo vigesimo septimo vigesima se-  
ptima Augusti obiit. Cumque vacasset  
Sedes diebus non amplius quatuor, ele-  
ctus est Valentinus, & in Dominica, die  
prima Septembris ordinatus. Erat pa-  
tria Romanus Petri Filius, atque in Pala-  
tio Lateranensi enutritus, Subdiaconus  
ordinatus est a Paschali Papa, qui eum  
ab obsequiis habere voluit, & postea Dia-  
conum ordinavit. Eundem Eugenius  
Papa amavit ut filium, quem a latere  
suo avelli non patiebatur. Valentinus  
Archidiaconi officio fungebatur, quando  
ad summum Pontificatus apicem promo-  
tus est; sed ecce! decima Octobris ex-  
cessit e vita, cum sedisset sex non amplius  
septimanis. Sacra Sedes reliquo hujus  
anni tempore vacavit.

*Papebr. Con.  
Anast.*

§. XIII.

*Hilduinus & Eginhardus Reliquias  
transferunt.*

**I**lla tempestate complures Reliquiarum  
translationes in Historia Ecclesiastica  
celebres contigerunt. Hilduinus Abbas  
S. Dionysii in Francia, & Archicapella-  
nus, Abbatix S. Germani de pratis quo-  
que

*Sup. lib.  
XLVI. n.  
53. Act. SS.  
Ben to. 5. p.  
287. Boll. to.  
2. p. 278.*

*Hist. Eccles. Tom. XI.*



que

Sæculum IX. que & S. Medardi Sueffione præerat. Is  
 A. C. 827. Romam profectus anno 824. Eugenii Pa-  
 pæ amicitiam sibi conciliavit; quod Ro-  
 dowino ad S. Medardum Sueffione Præ-  
 posito præbuit occasionem Abbatem  
 suum excitandi, ut quasdam Reliquias  
 insignes Roma ad suum Monasterium  
 transferri curaret. Ille ipsum Rodowi-  
 num illo mittit cum litteris Ludovici Im-  
 peratoris commendatitiis ad poscendum  
 Corpus S. Sebastiani. Primum repugna-  
 bat quidem Pontifex; sed ne Imperato-  
 rem sibi redderet offensum, cuidam Epis-  
 copo, nomine Joanni in mandatis dedit,  
 ut Sancti sepulchrum, quod extra Ro-  
 manam Civitatem erat, aperiret. Edu-  
 ctum est corpus & translatum ad S. Pe-  
 trum, unde illud Rodowinus ad Mona-  
 sterium Abbatis Ingoaldi, id est Farven-  
 se, & inde in Franciam deportavit. Tan-  
 dem Sueffionem pervenit, ubi Reliquia  
 in Ecclesia S. Medardi, secunda Domini-  
 ca Adventus, nona Dec. anno octingenta-  
 tesimo vigesimo sexto maxima celebra-  
 te exceptæ sunt. Multa miracula in iti-  
 nere & his plura, Reliquiis in Ecclesia  
 depositis, patrata narrantur. In Histo-  
 ria hujus Translationis legitur, Rodowi-  
 num etiam corpus S. Gregorii Papæ, cu-  
 stodibus pecunia corruptis, clam abstu-  
 lisse. Nihilominus hodieque hoc Cor-  
 pus atque etiam S. Sebastiani apud se ser-  
 vari

*Tillemont.*  
*art. to. 4. p.*  
 535.

*Sup. eod.*  
*n. 53.*

*c. 15.*

vari Romani contendunt; unde sequitur, vel Romanos Francorum simplicitati illusisse, dum alia corpora pro Reliquiis S. Sebastiani & S. Gregorii supposuerunt, vel illorum corporum particulas tantum Sueffionem fuisse allatas; quod Ado illius ævi Scriptor de S. Sebastiano diserte affirmat.

Sæculum IX.  
A. C. 827.

Ado Chro.

Eginhardus Caroli Magni epistolis præfectus, inter Proceres clarissimus, scientia & virtutibus inclytus, defuncto Principe secessit, & relicta uxore quasdam Abbantias regendas suscepit. Ex illis Monasteriis alterum erat Michlenslandense inter Mœnum & Neccarim positum, ubi curavit condi Monasterium, & cupiens habere Reliquias alicujus Sancti, cui dedicaretur, Romam misit Ratlaicum Notarium suum cum quodam Diacono Romano, nomine *Deusdona*, qui receperat, se ei Reliquias daturum. Cum in itinere Sueffionem divertissent, quidam Presbyter nomine *Hun*, Hilduino jubente, se viæ comitem adjunxit, ut S. Tiburtii corpus afferret. Ubi Romam pervererunt, Diacono *Deusdona* fidem fallente, Cæmeteria extra civitatem scrutari cœperunt, & inventa corpora SS. Marcellini & Petri illustrissimorum Martyrum clam abstulerunt, cum pulvere, quem de corpore S. Tiburtii superesse crediderunt; illud enim jam antea sur-

Reliquiæ transferuntur.  
Aët. SS.  
Ben. to. 5.  
p. 414. Hist.  
Transl. ap.  
Sur. 2. Jun.  
Boll. to. 1.  
Jun. p. 181.  
Tillemont.  
to. 5. p. 199.  
663.

Sup. I. VIII.  
S. 47. Tillem.  
to. 5. p. 199.

O 2 reatum

**Sæculum IX.** reptum fuerat. Præterea a *Deusdona* ac  
**A. C. 827.** ceperunt aliqua ossa SS. Martyrum Marci  
 & Marthæ uxoris, Audifacis & Habacuc  
 filiorum eorum, quos Ecclesia decima  
 nona Januarii colit. Ergo Ratlaicus cor-  
 pus S. Petri & partem corporis S. Mar-  
 cellini Michlenstadam attulit; quippe  
*Hun* furatus aliam partem, eam Sueffio-  
 nem cum ceteris Reliquiis detulerat.  
 Hæc mense Octobri anno octingentesi-  
 mo vigesimo septimo agebantur. Eas-  
 dem Reliquias deinde Eginhardus trans-  
 ferri iussit ad Monasterium Mulinheimen-  
 se, cui etiam præerat, duobus miraculis  
 sibi satis indicatum ratus, Dei placitum  
 non esse, ut Michlenstadæ permanerent.  
 Auctoritate Hilduini interposita effecit,  
 ut *Hun* partem de corpore S. Marcellini  
 surreptam restituere cogeretur, eique in-  
 super *Deusdona* Reliquias S. Hermetis,  
 S. Proti & S. Hyacinthi Roma trans-  
 misit.

*Mart. Rom.*  
 28. Aug.  
 11. Sept.

Ab ipso Eginhardo prolixè scriptam  
 habemus historiam hujus Translationis,  
 in qua enarrat magnum numerum mira-  
 culorum, quibus hæ reliquiæ claruerunt  
 in omnibus locis, ad quæ delatæ sunt;  
 nam earum particulas quibusdam Mona-  
 steriis donavit. Ex narratione hujus  
 historiæ satis dispicimus, quanto devo-  
 tionis fervore Christiani in illo Sæculo  
 Reliquias coluerint, & quanto desiderio

eas

eas habendi flagraverint. Non labori, <sup>Sæculum IX.</sup> non sumptibus parcebant, sed ad eas ac- <sup>A. C. 827.</sup>quirendas curam maximam conferebant. Illud vero negari non potest, quosdam usque adeo huic zelo indulgisse, ut modum non tenerent, cum variis fraudibus ad rapiendas Reliquias uterentur, & alter alteri eas fura etur. Nec forte erraret, qui diceret, in eodem spiritu tunc temporis tot Martyrum aliorumque Sanctorum acta fuisse conscripta, tum ut vetera ornarentur & augerentur, tum ut nova invenirentur, ubi deficiebant antiqua, ne in Festis Sanctorum recens translatorum Lectiones deessent. Haud diu post Monasterium Mulinheimense inde nomen *Seligenstadt*, quod hodieque retinet, accepit.

§. XIV.

*Ansegisus Abbas Fontanellensis.*

Eginhardus præter alias Abbatias Fon- <sup>vit. S. An-</sup>tanellensem seu *S. Vandrille* tenebat, <sup>seg. to. 5.</sup>quam cum post annos septem sponte sua <sup>Act. p. 630.</sup>abdicaasset, eam Ludovicus Imperator dedit Ansegiso Monacho, quem sub Eginhardo Architectis suis præfecerat. Ansegisus ex nobili Francorum prosapia du-  
cens originem Fontanellam accessit ad-  
olescens Regiminis locum tenente Giro-  
waldo seu Gerwoldo, a quo non multo  
post ad Aulam perductus, & Carolo Ma-  
gno traditus est. Ei Carolus duo Cœ-



Sæculum IX.  
A. C. 827.

nobia, unum S. Sixti in Suburbio Rho-  
mensi, quod hodie intra mœnia contine-  
tur, & in Parochiam erectum est, alte-  
rum S. Memmii apud Catalaunum, quod  
hodie Canonici Regulares tenent, con-  
tulit, quæ cum aliquamdiu rexisset Anse-  
gisus, ea reliquit, & a Carolo Abbatiam  
Flaviacensem, seu S. Geremari in Dio-  
cesi Bellovacensi anno octingentesimo se-  
ptimo obtinuit. Erat tunc hoc Monaste-  
rium ædificiis pene destitutum & in sum-  
mam egestatem redactum; sed intra bre-  
ve temporis spatium illud penitus restau-  
ravit. Cum agriculturæ esset studiosus  
nunquam non habebat horrea frumento  
variisque frugibus abundantia, quæ libe-  
rali animo in indigentes spargebat, nam  
vir mitissimus omni quo poterat modo  
necessitatibus proximi subveniebat. Ca-  
rolo Magno fatis functo Ludovicus Im-  
perator sæpe in Legationibus ejus opera  
usus eundem Monasterio Luxoviensi an-  
no octingentesimo decimo septimo, Re-  
gni sui quarto, item Fontanellensi anno  
octingentesimo vigesimo tertio, præter  
Geremarense, quod retinebat, præfecit.  
Itaque simul tribus Abbatibus fruebatur,  
quibus vero novam & meliorem formam  
dedit.

Cum munere Abbatis Fontanella  
fungeretur Ansegisus tot præclara gessit,  
ut redivivus Wandregisilus aut Ansber-  
cus

tus, magna Fontanellæ lumina, haberi  
 posset. Sub ejus decessoribus quibusdam  
 duris & negligentibus, quia Monachis  
 necessaria non dabant, Status Regulæ S.  
 Benedicti jam prope casurus videbatur,  
 collabebantur ædificia, laxabatur Disci-  
 plina, Regulæ oblivio succedebat. An-  
 segisus e Luxovio Monachos Dei timen-  
 tes evocavit, qui monasticas leges jam  
 pæne Fontanellæ abrogatas non minus  
 factis quam verbis edocerent. Commo-  
 distimum dormitorium construi jussit,  
 Refectorium quoque & Capitulum, quæ  
 variis picturis a Madalulfo Ecclesiæ Ca-  
 meracensis pictore celebri decorari cura-  
 vit. Ut a Monachis omnis querulandi  
 tolleretur occasio, communicato cum  
 ipsis consilio omnia quæ ad victum & ve-  
 stitum erant necessaria, constituit, &  
 prædia assignavit, ex quibus fruges, quan-  
 tum opus esset, atque ad reliqua neces-  
 saria coemenda etiam parata pecunia  
 suppeditarentur. Præterea tribus suis  
 monasteriis vasorum pretiosorum, orna-  
 mentorum Ecclesiæ, & librorum magnam  
 copiam præcipue ex operibus SS. Patrum  
 donavit.

Sæculum IX.  
 A. C. 827.

S. Ansegisus.

p. 659.

Ansegisus Abbas, cum videret Capitu-  
 laria Caroli Magni & Ludovici filii ejus  
 in pluribus foliis pergamenis separatis  
 esse dispersa, veritus ne labentibus tem-  
 poribus ex hominum memoria deleren-  
 tur,

Sæculum IX, tur, eorum Collectionem anno octingen-

A.C. 827.

Collectio  
Capitularium.

Baluz. præf.  
n. 41. 42.

Chr. M. S.  
ap. Mabill.  
to. 5. Act. p.  
618.  
v. Sup. lib.  
XLV. §. 31.

tesimo vigesimo septimo Indictione quinta, anno Ludovici regnantis decimo tertio edidit, quam in Libros quatuor divisit. Primus in articulis centum sexaginta duobus complectitur Caroli Magni Capitularia, quæ ad causas Ecclesiasticas pertinent. Liber secundus complectitur Capitularia Ecclesiastica Ludovici in articulis quadraginta octo, tertius articulis nonaginta & uno Capitularia Caroli ad res profanas pertinentia, & quartus articulis septuaginta septem Capitularia Ludovici itidem ad res Sæculares spectantia. Ad finem Libri quarti tres additiones Capitularium imperatorum vel renovatorum subjunxit. Hæc Ansegisi Abbatis Collectio exinde semper celeberrima extitit, & statim post Capitularia Ludovici Imperatoris atque Successorum ejus, tanquam Auctoritate publica pollens, citata legitur.

Eodem anno octingentesimo vigesimo septimo S. Hildegimus Ludgeri frater Episcopatus sui anno quadagesimo septimo migravit ad Dominum. Is Catalauni ad Matronam Episcopus inter primos illos viros fuit, quos Carolus Magnus ad Fidem Christianam in Saxonia prædicandam elegit. Cum eum initio Carolus Salingestadium misisset, ubi Monasterium S. Stephani honori sacrum fundaverat,

daverat, ipse Sedem suam deinde trans-  
tulit Halberstadium, ubi Ecclesia nec-  
dum satis stabilita, triginta quinque ta-  
men parochias instituit.

Sæculum IX.  
A. C. 828.

§. XV.

*Gregorius IV. Papa.*

Valentino Papa fati functo Sacra Sedes  
tres prope menses vacavit, quia li-  
cet ejus Successor Gregorius titulo S.  
Marci Presbyter electus fuisset, Consecratio  
tamen dilata fuit, dum Ludovicus  
Imperator consuleretur. Is Mandata-  
rium Romam misit, qui cum electionem  
examinasset & approbasset, Gregorius  
IV. die Dominica, Vigilia Epiphaniæ,  
quinta Januarii anno octingentesimo vi-  
gesimo octavo Papa ordinatus est, & Se-  
dem Sacram tenuit annis sexdecim. Eum  
natione Romanum, genere clarum, Jo-  
annis filium, Paschalis Papa Subdiaco-  
num, & deinde meritis insignem, Pres-  
byterum ordinavit. Eugenio & Valen-  
tino ejus Successore intra breve tempo-  
ris spatium mortuis Romani unanimiter  
ad Gregorii pia facta conversi reluctan-  
tem eligunt. Complures reparavit Ec-  
clesias, & largis oblationibus auxit.

*Astron. an.*  
827.  
*Ann. Bertin.*  
827.

*Papebr.*

*Anast.*

Gregorius Corpus S. Gregorii Papæ, *Joa. Diac.*  
cujus nomen gerebat, ex vetusto sepul- *IV. vit. S.*  
chro, quo conditum fuerat, nempe ex *Greg. c. 80.*  
porticu Basilicæ S. Petri, in ipsam Eccle-

Sæculum IX.  
A.C. 828.

*Sup. lib.*  
*XXXVI.*  
*S. 51.*

*Anast.*

*Eginh. l. IV.*  
*transl. S.*  
*Marc. c. 25.*

siam transtulit, ubi ejusdem nomini consecravit Oratorium, cujus Absidem aurato & musivo opere pinxit, Altare vero undique argenteis tabulis ornavit. Sub illo Altari deposito corpore, singulis annis S. Gregorii Festum celebrabatur, & ejus Pallium, theca reliquiarum, & cingulum ipsa paupertatis nota venerabile Fidelibus exhibebantur, quibus osculum infingerent. Eo pariter transtulit corpora S. Sebastiani & S. Tiburtii ex cœmeteriis educta, & quodlibet subter separata Altaria collocavit. Ex hac narratione Anastasii Bibliothecarii illo tempore Romæ degentis dispicitur, quod dici fieri non potuisse, ut integra Sanctorum corpora, sed solummodo partes in Franciam translatae fuerint; nisi dicamus quod Romani Francos ludifecerint.

Gregorius Papa Ecclesiam quoque S. Marci, ruinam minantem, cujus titulo Presbyter insignitus fuerat, a fundamentis restituit, eique dona pretiosissima, quibus Ciborium seu tabernaculum argenteum librarum mille accensendum est, obtulit. Illo etiam corpus S. Hermetis transtulit, qua occasione usus Eginhardus digitum hujus Sancti Martyris industria *Deus dona* Diaconi obtinuit. At vero Pontifex non reparandis solum Ecclesiis intentus fuit, sed quod majus est, Civitatem Ostiensem adversus incurso-

nes

nes Sarracenorum ex omnibus Insulis <sup>Sæculum IX.</sup>  
 orisque vicinis prædas agentium muni- <sup>A. C. 828.</sup>  
 vit.

§. XVI.

*Musulmanni in Creta.*

Nec sine causa Gregorius Papa timebat <sup>Post. Theo-</sup>  
 Italiæ suæ; quippe Musulmanni in <sup>pha lib. II.</sup>  
 Hispania, <sup>n. 21. p. 46.</sup> cujus pars non admodum fer-  
 tilis est, cum tot alendis hominibus so-  
 lum non sufficeret, colonias emiserunt,  
 bello civili inter Michaellem & Thomam  
 exorto ipsorum molimini favente. In  
 complures Insulas appulsis nullæ obliste-  
 bant naves, quo minus milites immitte-  
 rent, nam cunctæ ad Constantinopolitanæ  
 urbis præsidium fuerant advocatæ. Cum  
 igitur explorassent, quam fertile solum ef-  
 set in Creta, anno sequente redeunt.  
 Tum omnibus viris in terram expositis  
 Dux eorum naves flammis comburi ju-  
 bet, ut præcisa spe reditus, sibi victoria  
 ibi sedes esse quærendas scirent. Photi-  
 no Protospathario, quem Imperator cum  
 copiis illo miserat, prælio victo, urbem  
 in loco *Candax* ab incolis dicto moliantur  
 indice Monacho. Hæc nempe Can-  
 dia est, a qua tota Insula nomen accepit.  
 Inde in Insulam effusi Sarraceni armis  
 suorum præsidio destitutam sibi subji-  
 ciunt. Triginta civitates deditionem  
 fecerunt, ex quibus una tantum mores  
 suos

Sæculum IX. suos & Religionem Christianam retinuit.  
A. C. 828. Illo tempore Cyrillus Episcopus Gortynensis Martyrium passus est, quod IESU Christi Fidem abjicere noluisse. Eum non nulli Scriptores cum antiquo Episcopo sub Decio Martyrii palmam adeptum confuderunt, quem alii in Ægypto palsum dicunt.

## §. XVII.

*Musulmanni in Sicilia.*

**I**n alia orbis parte Musulmanni ex Africa in Siciliam appulsi Panormum ceperrunt. Elapsis aliquot annis Turmarchus aliquis, seu militum in Sicilia Tribunus, nomine Euphemijs, cujusdam Monialis amore captus, e monasterio receptam in matrimonium accepit. Tunc vero puellæ fratres querelam contra Euphemium deferunt ad Michaelem Imperatorem, simili sacrilegio pollutum, quandoquidem Tecla uxore sua elata tori consortem sibi delegerat Euphrosinam, filiam Constantini, ex Irene geniti, in Insula Principis institutum monasticum professam. Nihilominus recepto accusationis libello, & mandatis ad Strategum, seu Siciliae Præfectum, missis præcepit, ut si crimen probaretur, lege in eum ageret, juberetque, naribus mutilari. Euphemijs autem cognito periculo milites & quosdam Duces in seditionis socie-

*Chr. Cass. I. c. 11. Post Theoph. n. 27.*

*c. 24.*

focietatem trahit, Strategum, ut impe- Sæculum IX.  
rata faceret, venientem repellit, & ad A. C. 828.  
*Emir* (\*) seu Satrapam Africae confugit.  
Pactis quoque initis promittit Saraceno,  
Siciliam se ei traditurum, & annui tribu-  
ti nomine pecuniam multam exsolutu-  
rum, si sibi Imperatoris nomen concede-  
ret, & militum auxilia suppeditaret.  
Satrapa haud sane paucas ei copias de-  
dit, quibus auctus Euphemius Syracusas  
venit summi imperii insignibus conspi-  
cius. Verum ipso post breve tempus  
in eadem civitate perempto Sarraceni,  
Sicilia potiti, exinde oras maritimas Ca-  
labriae & Longobardia, nempe tam Græ-  
cis quam Francis subjectas, infestantes,  
& frequentissime a piraticis navibus ex-  
currentes, quocumque pervenissent, per-  
niciem afferebant.

Ergo ut Sarracenis incurrentibus fir-  
mos muros opponeret Gregorius, & ostia  
tiberina muniret, urbem Ostiensem to-  
tam prope collapsam restaurare aggres-  
sus est. Eam a fundamentis eduxit, mu-  
ris præaltis, & vallis profundis circum-  
dedit. Ingruentes hostes cataractæ a  
portis, & balistæ saxa prægrandia contor-  
quentes a muris arcebant. Hanc Papa  
de suo nomine Gregoriopolim dixit; nec  
ullus

(\*) *Emir* dicebantur, ex genere Mahometis  
oriundi.



Saeculum IX. ullus Antecessorum ejus opus, quod huic  
A. C. 828. par esset, utilitati publicæ consecraverat.

## §. XVIII.

*Causa Abbatis Farvensis.*

*le Blanc. dis. hist. n. p. 161.* Gregorio IV. Papa sedente Ingoaldus Abbas Farvensis obtulit libellum supplicem Imperatoris Delegatis, qui sententiam pronunciarunt ipsi faventem; res autem ita se habuit. Cum Josephus Episcopus & Leo Comes ex Ducatu Spoletano, jubente Ludovico Imperatore missi ad judicandam illam causam Romam pervenissent, & pro tribunali sederent in Palatio Lateranensi, præsentibus Gregorio Papa, quem comitabantur Leo Episcopus & Bibliothecarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Theodorus Episcopus, Petrus Dux Ravennatensis & plures alii ibi nominati, Ingoaldus Abbas Monasterii S. Mariæ in Acutiano Territorii Sabinensis (scilicet Farvensis) quem comitabatur Adulfus orator suus, exposuit, quod Pontifices Hadrianus & Leo vi adhibita invasissent hujus Monasterii possessiones & Bonas fundos nempe; nam quinque deinde nominantur. Subjunxit Abbas: *Hæc bona nobis restitui cum sepe, sedentibus Stephano, Paschale & Eugenio, postularem, id tamen obtinere non potuimus. Nunc igitur, ut æquitas petit, & vobis ab Imperatore*

peratore mandatum est, ea nobis restituite. Sæculum IX.  
A. C. 829.

Delegati Gregorium Papæ Procureto-  
torem interrogant, quid ad hæc respon-  
deret. Ille dixit: *Verum quidem est,*  
*quod hos fundos nomine Ecclesiæ Romanæ*  
*teneamus, sed legitime, quoniam eorum*  
*dominium ad Monasterium S. Mariæ nun-*  
*quam pertinuit.* Tum Delegatis jubentibus,  
ut Ingoaldus postulationis suæ ar-  
gumenta afferret, ille Donationes a De-  
siderio Rege & Carolo Imperatore con-  
firmatas protulit. Cum deinde Judi-  
cium in sequentem diem dilatum fuisset,  
produxit testes omni exceptione majores,  
qui dixerunt, se esse memores, quod  
Monasterium S. Mariæ tempore Longo-  
bardorum, & postea regnante Carolo  
Imperatore, illorum fundorum, de qui-  
bus jam sermo esset, possessionem ha-  
buisset. His auditis Delegati judicarunt,  
Mandatarium Papæ hos agros Mandata-  
rio Monasterii debere restituere. Ille  
vero id facere detrectavit, & ipse Papa  
dixit, non posse se eorum sententiæ ac-  
quiescere, donec cum ipsis in conspectum  
Imperatoris veniret. Postquam Papa  
hoc edixisset, Delegati hujus iudicii  
Actum conscribi jusserunt, quod hodie-  
que inter Tabulas Farvenses ad jura Mo-  
nasterii conservanda exhibetur; datum  
est vero Romæ, anno Ludovici Imp. de-  
cimo

Sæculum IX. cimo sexto, Indictione septima, mensis  
A. C. 828. Januario, seu anno Salutis reparata  
 octingentesimo vigesimo nono.

## §. XIX.

*S. Nicephori Constantinopolitani  
 Obitus.*

*Boll. 13.* **I**n Oriente Nicephorus Patriarcha obiit  
*Mart. to. 7.* in loco exilii sui, anno postquam e Se-  
*p. 293.* de sua Constantinopolitana fuisset detru-  
*Labe Script.* sus decimo quarto, seu a reparata Salute  
*to. 1. p. 102.* octingentesimo vigesimo octavo, die se-  
 cunda Junii anno ætatis suæ circiter se-  
 ptuagesimo. Complures nobis reliquit  
 Libros, videlicet, Historiæ compendium  
 ducentorum ferme annorum a morte  
 Mauriti Imperatoris usque ad Irenem &  
 Constantinum, item Catalogos Chrono-  
 logicos Patriarcharum, Regum & Prin-  
 cipum Hebræorum, Græcorum & Roma-  
 norum, tum Patriarcharum, qui Sedes  
 quinque Ecclesiæ majores tenuerunt.

*Bibl. PP.* Aliqua opera Nicephori contra Iconoma-  
*Paris. to. 6.* chos scripta occurrunt, atque etiam ipso  
*p. 135.* Auctore editi creduntur septendecim  
 Canones, ex quibus unus prohibet, ne  
 ille Sacris initiatur, qui usque ad annum  
 ætatis suæ vigesimum illis vitiis, quibus  
 juvenes immergi solent, deditus fuerit,  
 etiamsi conversus videatur. Nicepho-  
 rus inter Sanctos colitur decima tertia

*Mart. Rom* Martii, qua die ipsius Reliquiæ, annis  
 octo-

octodecim post obitum ejus, Constanti- Sæculum IX.  
 nopolim delatæ sunt. A. C. 828.

§. XX.

*Claudius Taurinensis Iconoclasta.*

In Francia quoque Sacræ Imagines ho- Mabill.  
 stem habuerunt Claudium Episcopum præf. 1. Sæc.  
 Augustæ Taurinorum. Is natione Hispa- 4. n. 23. &  
 nus, Felicis Urgelitani Discipulus, olim to. 1. Annal.  
 Presbyteri officio in Aula Ludovici Im- p. 45. Coint.  
 peratoris functus, illam laudem adeptus an. 828. n. 53. 54.  
 fuerat, quod in Sacrarum Scripturarum  
 scientia esset eruditissimus. Anno octin-  
 gentesimo decimo quarto scripsit Com-  
 mentariorum libros tres in Genesim, an-  
 no octingentesimo vigesimo primo in  
 Exodum quatuor, rursusque alios in Le-  
 viticum anno octingentesimo vigesimo  
 tertio, rogatus a Theodemiro Abbate  
 amico suo, qui Congregationi centum  
 quadraginta Monachorum sub Regula  
 S. Benedicti militantium præerat. Præ-  
 ter memorata Claudius scripsit Commen-  
 tarium in S. Matthæum, quem anno octin-  
 gentesimo decimo quinto Justo Abbati  
 Carroviensi dedicavit. Omnes S. Pauli  
 epistolas explicavit. Druçterano Abba-  
 ti Soliniacensi Expositionem Epistolæ ad  
 Galatas, & Ludovico Imperatori Ex-  
 positionem Epistolæ ad Ephesios in-  
 scripsit.

Sæculum IX.

A. C. 828.

Ludovicus Imperator, cum sciret magnam populi partem in Italia veritatem Evangelicam non esse satis edoctam, Claudium iussit ordinari Augusti Taurinorum Episcopum, qui primum prædicare & docere studiosissime cœpit. Inter alios abusus, quos oppugnare oportebat, patebat cultus imaginum nimius, is enim in superstitionem degenerabat. Hunc ut emendaret Claudius, cum medium tenere debuisset, ad partem alteram extremam deflexit, & zelo a prudentiæ & discretionis regulis alieno omnes imagines & cruces ex omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis deleuit, confregit, eliminavit. Qua re comperta Theodemirus Abbas urgente charitate virum admonuit data epistola, in qua assererat, servandas esse icones, quamvis affirmare non auderet, esse etiam adorandas. Claudius his amici sui monitis fastidiose & superbe respondit datis litteris, quibus titulum imposuit: *Apologia contra Theo-*

*ap. Dung. demirum, in ea loquitur in hunc modum:*  
*Auct. Bibl. Episcopatum suscipere compulsus, cum*  
*PP. Paris. Taurinum venissem, Ecclesias omnes abomi-*  
*to. 2. p. 900. natione & imaginibus plenas inveni. Nunc*  
*Claudii Apologia. vero, quia ego solus cæpi destruere, quod*  
*omnes adorabant, omnes maledicta in me*  
*conjiciunt. Et post alia, dicunt: non*  
*credimus imagini, quam adoramus, numen*  
*inesse, sed eam colimus in honorem illius,*  
*quem*

quem repræsentat. Respondeo: si, qui Sæculum IX.  
A. C. 828.  
cultum Dæmonum abjecerunt, Sanctorum

imagines colunt, nondum reliquerunt Idola, nec rem sed nomen mutaverunt. (\*)

Sive enim in pariete imagines S. Petri & S. Pauli, sive effigies Jovis, Saturni aut Mercurii pingatis, nec Dii sunt, nec Apostoli, nec Homines. Itaque eidem errori aliud nomen datis. Si vero homines adorare (\*\*\*) oportuit, profecto cum viverent potius adorandi erant, utpote Dei imago, quam post mortem, cum lapidibus similes facti sunt. Et si non licet adorare opera Dei, multo minus opera hominum adorare fas erit.

Cultum Crucis speciatim oppugnabat dicens: Si Crux adoranda est, quia Iesus Christus ei affixus fuit, quantam rerum multitudinem eodem cultu prosequi debemus? nam in cruce sex non plus hominis pependit, sed in sinu Virginis Matris suæ novem mensibus fuit. Ergo nobis adorandæ sunt feminae Virgines, præsepia, quia ibi fuit depositus, lintea, quia iis fuit involutus, cimba, quia iis sæpe vectus est,

P 2 asini,

(\*) Istud nullo modo sequitur; quia nec imaginem, nec hominem per imaginem repræsentatum, Deum esse credunt, nec cultum, soli Deo competentem, exhibent.

(\*\*) Quin imo, Fideles semper etiam vivos homines pios & sanctos honorarunt, & rogarunt, ut pro se apud Deum intercederent.

Sæculum IX. *asini, quia in aliquo sedit, agni, leones, le-*  
A. C. 828. *pides, quia bis nominibus sæpe significatur,*  
*spinæ, arundines, lanceæ, quia passionis*  
*ipsius instrumenta fuerunt. Non præce-*  
*pit Christus hominibus Crucem adorare,*  
*sed eam portare, videlicet propriæ volun-*  
*tati renunciare.*

*Quod autem dicit (sermo ad Theode-*  
*mirum dirigitur) a me homines, pæniten-*  
*tix causa Romam ire volentes, a propo-*  
*sto abstrahi falsum est, hoc iter nec appro-*  
*bo, nec damno, quia illud nec omnibus no-*  
*cere, nec omnibus prodesse scio. Et infra:*  
*male accipimus verba illa Evangelii: TU*  
*ES PETRUS, & reliqua, si per profectio-*  
*nem Romanam & Intercessionem S. Petri*  
*vitam æternam consequi speramus. Chri-*  
*stus non dixit Petro: quidquid solveris in*  
*Cælo, erit solutum & in terra. Hoc Mi-*  
*nisterium illo tantum tempore Præsulibus*  
*datum est, quo in hoc Sæculo degunt.*  
*Tandem dicebat, Apostolicum (id est in*  
*illius ævi stilo Papam) non illum esse,*  
*qui in Sede Apostoli sederet, sed qui tan-*  
*tæ Dignitatis officia impleret. Hi fuere*  
*Claudii Taurinensis errores.*

## §. XXI.

*Dungalus scribit adversus Claudium.*

*Mabill. ead.*  
*præf. n. 39.*

*Claudii litteras refutavit Dungalus Ad-*  
*vena & Monachus Reclusus, ut cre-*  
*ditur, in Monasterio S. Dionysii in Fran-*  
*cia.*

cia. Opus suum Ludovico & Lothario Imperatoribus anno circiter octingentesimo vigesimo octavo inscripsit, dicit enim, ante biennium Quæstionem de Imaginibus in Palatio fuisse agitatum, nempe in aliquo Colloquio statim post Collationem Parisiensem habito. Dicit, in illo Conventu Palatino prohibitum fuisse, ne quis deinceps usque adeo desiperet, ut Angelis, Sanctis aut eorum Imaginibus Divinos honores exhiberet, econtra vero etiam nemo ausu temerario præsumeret imagines destruere, delere aut contemnere, secundum eam Doctrinam, quam S. Gregorius ad Serenum scribens asseruisset. Deinde Dungalus complurium Scriptorum Auctoritatem affert præsertim Poemata S. Paulini, ut demonstret, in Ecclesia Imagines antiquissimo usu fuisse servatas. Tum affirmat, Claudium, negando Sanctos esse honorandos, reducere errores Eunomii & Vigilantii. Ad secundam Claudii propositionem, qua Crucis honorem lædit, Dungalus respondet, Christianos, exemplum Apostoli sequentes, gloriari in Cruce; noluisse Jesum Christum, ut Passio sua tanquam erubescenda a Fidelium oculis absconderetur, sed ut Crucis memoria in Ecclesia continuo recoleretur. Deinde complura adducit testimonia, quibus probat, omni tempore Cruci honorem habitum

Sæculum IX.

A. C. 828.

*Auct. Bibl.*

PP. 900.

p. 911.

p. 929.

P 3

fuisse.



Sæculum IX. fuisse. Tandem ad tertiam Claudii pro-  
 A. C. 828. positionem contra peregrinationes pias

& invocationem Sanctorum respondet  
 complurium Patrum Testimoniis usus  
 Nam Dungalus in hoc opere parum et  
 ratione pugnat, sed plerumque ex Au-  
 thoritate; nec immerito, cum in hac  
 controversia Traditio & constans usus  
 Ecclesiæ optimum sit argumentum.

p. 947. Operis sui conclusione dicit; Sacris pi-  
 cturis, Cruci & Reliquiis Sanctorum ho-  
 norem convenientem esse exhibendum,  
 iis vero neutiquam sacrificandum, ac  
 Cultum soli Deo debitum ipsis tribuen-  
 dum; item affirmat, Claudium, dum  
 Crucem abjicit, se Incarnationis Passio-  
 nisque hostem profiteri. Unde, subjun-  
 git, *mirum non est, quod eum Judæi lau-  
 dent, dicantque, Claudio Christianorum  
 nullum esse sapientiozem, ipseque in vices  
 Judæos & Sarracenos magnis laudibus ex-  
 tollat.* Tum addit: *Qua ratione fieri*

p. 948. *possit, ut Episcopus Jesu Christi Crucem  
 exhorrescens Ministerio Ecclesiastico ritum  
 fungatur? quomodo baptizet, Sacramentum  
 Chrisma benedicat, manus imponat, quo-  
 quam Benedictionem impertiatur, quo-  
 Missam celebret, cum, si S. Augustino cre-  
 dimus, ex his actionibus Ecclesiasticis  
 la sine signo S. Crucis rite peragi queat.  
 In Litaniis aliisque Ecclesiæ precibus Clau-  
 dius nullius Sancti memoriam colere vult.*

nec eorum Festa celebrare. Prohibet, ne fideles per diem in Ecclesia cereos accendant, aut orantes demissis oculis terram intueantur. Denique plura alia impia committit, quæ etsi ea a viris fide dignis acceperim, memorare animus refugit. Quale vero illud est, quod ad Synodum Episcoporum venire recuset dicens, esse Conventum asinorum? (\*) At nimia est Episcoporum

Sæculum IX.  
A. C. 828.

P 4

porum

(\*) En, exquisitum Lutheri modum, quem in disputando tenebat, ut si non argumentis saltem improbitate Adversarii depellerentur.

Tigurini a Luthero laceffiti in Responso anno millesimo quingentesimo quadragesimo quinto latine & germanice edito hominis insolentiam castigant in hunc modum: *Prophetæ & Apostoli Dei Gloriam non suam quærebant. Non extollebantur superbia, non pertinacia rigeant, sed labor eorum ad procurandam peccatorum salutem unice tendebat. Lutherus econtra Philautia laborat, pervicax est homo & supra omnem modum petulans. Quoscunque, si ejus opinionibus non suffragentur, temere præceps ad Diabolum ablegat. In omnibus ejus monitis & increpationibus Spiritus malignus deprehenditur, nihil vero minus quam amici sinceri candor, aut boni patris affectus invenitur.* Fleurii Continuator subjungit; hos Lutheri furores ejus Sectatoribus merito esse erubescendos. *Quis enim ferat, inquit, in Lovanienses Theologos triviali impudentia ludentem, & illis vocibus: VACULTAS THEOLOGICA, CACOLYCA ECCLESIA utentem?* Bossuet. Rainald. hoc anno.

Sæculum IX. *porum patientia, nec tali viro parcere de-*  
 A. C. 828. *berent.*

## §. XXII.

*Ludovicus Imperator quatuor Concilia  
 celebrari jubet.*

*to. 7. Conc.  
 p. 1581.  
 vita Valæ  
 lib. 11. c. 2.  
 tom. 5. Act.  
 p. 492.*

Sub finem anni octingentesimi vigesimi  
 octavi Ludovicus Imperator Aquis-  
 grani Conventum egit, ubi in causas me-  
 lorum, quibuscum Respublica conflicta-  
 batur, inquisitum, & deliberatum, quæ  
 remedia adhiberi oporteret. Wala seu  
 Vala Abbas Corbejenfis ætate venerabi-  
 lis, genere & meritis clarus acriter per-  
 oravit, conquestus, duas Potestates Ec-  
 clesiasticam & Sæcularem inter se collidi.  
 Sæpe Imperatorem relictis, quæ mune-  
 ris sui sunt, Divinis se ingerere, quæ ad  
 eum non pertinerent, econtra Episcopos  
 rebus Sæcularibus immisceri. Præterea,  
 Bona Deo consecrata profanari, & Sæcu-  
 laribus dari. Ad hunc articulum Proce-  
 res responderunt, rem publicam sic at-  
 tritam esse, ut ad præsentis necessitates  
 sufficere non valeret, nisi rebus Ecclesia  
 ejusque Vasallorum juvaretur. *Quæ-  
 vero, edicite, respondit Wala, si aliquis  
 oblationem suam super Altare deposuit, &  
 alius superveniens eam rapiat, quid nomi-  
 nis huic facinori datis? Dixerunt esse Sa-  
 crilegium. Itaque nemo, reposuit Wa-  
 la ad Imperatorem conversus, pietatem*  
*tuum*

Sæculum IX,  
A. C. 828.

tuam fallat. *Res plena periculi est, con-*  
*tempta Canonum & Ecclesiæ hoc vitium*  
*toties anathematizantis Auctoritate Bona*  
*aliquando Deo consecrata ad usus profanos*  
*trahere. Hinc si res publica sine Bono-*  
*rum Ecclesiasticorum subsidio sustentari*  
*non possit, quærendus est modus summa re-*  
*ligione, quo regno consulatur. Si Epis-*  
*copi obsequia militaria præstare tenean-*  
*tur, id fiat ea ratione, quæ Dignitatis eo-*  
*rum Sanctitatem non lædat. Nempe ipsi*  
 in hostem procedere non cogantur, quod *Sup. lib.*  
 etiam Carolus Magnus relaxaverat. *XLV. §. 26.* Il-  
 lud etiam Wala commemoravit; Disci-  
 plinam omnino periclitari in illis Mona-  
 steriis, quæ Laicis committerentur. Que-  
 stus est, Episcopatus secundum Canones  
 non conferri, & ordinem Electionis non  
 servari. Tandem invecus est in Capel-  
 lanos Palatii seu Clericos cum comitatu  
 Principis, quocunque ille iret, ambulantes,  
 qui cum non essent Monachi sub  
 Regula viventes, nec Clerici Episcopo  
 subjecti, avaritiæ & ambitioni dediti Sæ-  
 culo servirent. Dicebat enim omnem  
 Christianum oportere esse Canonicum, id  
 est Clericum secundum Canones vitam  
 ducentem, vel Monachum, vel Laicum.  
 Sin minus, hominem esse sine præposito  
 & sine Capite, ideoque ad gregem Hæ-  
 reticorum acephalorum ablegandum.

Sæculum IX.

A. C. 828.

p. 1593. n. 5.

Tandem in his Comitiis Aquisgranensibus Imperator decrevit, ut Concilia quatuor cogerentur, & quæ in tractanda essent, prius digererentur in omnes Regni partes Delegatos mittere constituit, qui in octava Paschæ anni sequentis octingentesimi vigesimi noni iter ingrederentur. Concilia in Octava Pentecostes congreganda erant, & eodem tempore in toto regno jejuniu triduanum imperabatur. In mandatis habebant Delegati, ut in facta Episcoporum inquirerent; an temporalia vel spiritualia magis curarent, quales haberent ministros, Chorepiscopos, Archipresbyteros, Archidiaconos, Vicedominos, Parochos. An solícite gregem edocerent, an bonæ essent inter suos famæ. An Episcopi Ecclesias visitantes Parochis oneri essent & populo, an plura, quam fieri esset, exigent. Quo loco res Monasteriorum starent, omniumque Ecclesiarum, quæ auctoritate Principis in Beneficium datæ erant, id est, quarum Reditus ab aliis, quam qui Titulum possidebant, percipiebantur. Hæc omnia cognoscimus ex Imperatoris Epistola ad omnes suos Subditos directâ.

p. 1591.

Imperatoris  
Epistola.

In alia Epistola encyclica timoris sui causam Imperator apertius indicat. *Quis enim non sentiat, inquit, Deum peccatis nostris ad iracundiam esse provocatum.*

tum, cum videat tot annis mala ingen- Sæculum IX.  
 tia in Regno nobis commisso grassari? A. C. 828.

vexant patriam fames continua, lues  
 pecora corripiciens, pestis depascens homi-  
 nes, frugum penuria, morbi varii, &  
 populorum egestas. His accesserunt an-  
 no præterito improborum defectio, & in-  
 cursiones Christiani nominis hostium, qui  
 Ecclesias incenderunt, Christianos in ca-  
 ptivitatem abstraxerunt, Servos Dei  
 occiderunt. Seditiosi, de quibus hic est Eginh. an.  
 sermo, erant Aizon & Wilemundus in 827.  
 Hispaniæ finibus, & Infideles, Franciam  
 laceffentes, Sarraceni, qui rebellibus au-  
 xilia attulerant, Bulgarique, qui in Pan-  
 noniam irruerant.

Tum Imperator in sua Epistola pro-  
 sequitur: *Quapropter statumus ad pla-*  
*candam Divinam Majestatem, ut in qua-*  
*tuor locis celebrentur Concilia, nempe*  
*Moguntia, Parisiis, Lugduni & Tolo-*  
*sæ, quo Metropolita cum suis Suffraga-*  
*neis conveniant. Conciliorum autem De-*  
*creta solerti cura custodiantur & nul-*  
*latenus ante tempus ad aliorum noti-*  
*tiam perveniant, donec ad nos delata*  
*fuerint.* In Epistola illa omnes Metro- Coint. an.  
 politæ nominantur, videlicet, Autgarius 828. n. 9.

Archiepiscopus Moguntinus, Hadabal-  
 dus Coloniensis, Hetto Trevirensis, &  
 Bernuinus Vesuntinus. Archiepiscopa-  
 tus Senonensis Jeremia nuper defuncto

vaca-

Sæculum IX. vacabat. Ebbo tunc erat Archiepiscopus Rhemensis, Regnoardus Rothomagensis, & Landranus Turonensis. Agobardus tenebat Sedem Metropolitanam Lugdunensem, Bernardus Viennensem, Andreas Tarantasinam, Benedictus Aquisensem, & Agericus Embrodunensem. Tandem in Concilio Tolosano aderat Notho Archiepiscopus Arelatensis, Bartholomæus Narbonensis, Adalelmus Burgalensis, & Agiulfus Bituricensis. Inde dispicimus, totius Regni Episcopos ad hæc Concilia fuisse vocatos.

## §. XXIII.

*Concilium Parisiense sextum.*

*Præf. to. 7.* Scimus quidem quatuor illa Concilia *Conc. p. 1598* fuisse celebrata, sed Parisiensis Acta solummodo ad nos usque pervenerunt, data die Dominica, sexta Junii, anno octingentesimo vigesimo nono, quarta post Pentecosten septimana, quod Festum hoc anno in decimam sextam Maji incidebat.

Ad hanc Synodum convenerant Episcopi quatuor Provinciarum, Rhemensis, Senonensis, Turonensis, & Rothomagensis, atque inter Concilia Parisiensia sexto loco ponitur. Celebrata est Synodus ista in Ecclesia S. Stephani antiqui, quæ non amplius exstat. Erat autem Ecclesiam Cathedralem adeuntibus ad dextram,

tram, sicut hodieque ad sinistram visitur Sæculum IX.  
 Baptisterium seu Ecclesia S. Joannis ro- A.C. 829.  
 tunda. In collapsa S. Stephani Ecclesia  
 olim Confirmatio conferri solebat. In Baluz. not.  
 Concilio igitur Parisiensi adfuere vigin- ad Cap.  
 ti quinque Episcopi, quos inter fama po- Coint. ann.  
 tiores sunt quatuor Metropolitæ, Ebbo 829. n. 105.  
 Rhemensis, Aldricus Senonensis, Re- 112.  
 gnoardus Rothomagensis, Landranus Tu-  
 ronensis, & deinde Jonas Aurelianensis,  
 Jesseus Ambianensis, Rothadus Sueffio-  
 nensis, Hildemannus Bellovacensis, an-  
 tea Monachus Corbejensis, Freculfus  
 Lexoviensis, Halitgarius Cameracensis,  
 Hubertus Meldensis, & Inchadius Pari-  
 siensis.

Aldricus novissime Archiepiscopus Mabill. obs.  
 Senonensis ordinatus fuerat, & forte e- to. 5. añ. p.  
 jusdem Concilii die prima. Nam eadem 566.  
 die, sexta Junii, Ecclesia Senonensis ejus  
 Festum celebrat. Is in territorio Wa-  
 stinensi ex genere nobili natus, adole-  
 scens in Monasterio Ferrariensi susceptus  
 sub Sigulfi Abbatis Disciplina ad pieta-  
 tem institutus est. Inde ad se evoca-  
 tum Jeremias Archiepiscopus Senonen-  
 sis cognitis ejus præclaris dotibus Dia-  
 conum & deinde Presbyterum ordina-  
 vit. Tum ab Imperatore Ludovico ad  
 Regiam venire jussus, cum hominum im-  
 piorum Religionem oppugnantium so-  
 phismata sapientissimo responso confu-  
 tasset,



Sæculum IX.  
A. C. 829.

tasset, Principis animum sibi adeo conciliavit, ut ei in Palatio docendi munus & inter viros, quos ad consilium vocare solebat, locum dederit. Aldricus etiam Pipini Regis Aquitaniæ Cancellarius fuit; at deinde Abbas Ferrariensis electus ad illud Monasterium rediit, unde ad regendam Ecclesiam Senonensem invitatus assumptus est. Hanc Sedem annis decem tenuit, Sanctis post mortem adscriptus.

*Bibl. PP.*

Freculfus Lexoviensis, olim Monachus Fuldensis, eximiæ Doctrinæ laudatus floruit. Habemus ab ipso Chronicum seu Compendium Historiæ Universalis in duas partes divisum. Primam divisit in libros septem, a creatione Mundi usque ad Jesum Christum, inscripsitque Helisacaro Abbati Centulensi, olim Magistro suo, qui se ad concinnandum hoc opus excitaverat. Partem secundam inscripsit Judithæ Imperatrici, ad erudicendum principem adolescentem Carolum filium ejus. Dividitur ea pars in libros quinque, & a Jesu Christo usque ad S. Gregorium, seu annum circiter sexcentimum perducitur.

§. XXIV.

*Canones de Sacramentis.*

Acta Concilii Parisiensis dividuntur in tres libros, quorum primus articulos

los quinquaginta quatuor, plerosque ve- Sæculum IX.  
 terum Canonum auctoritate nixos com- A. C. 829.  
 plectitur. In articulo tertio dicitur;

Ecclesiam a duabus potestatibus Sacer-  
 dotali videlicet & Regali gubernari, &  
 deinde de Officiis Episcoporum, id est,  
 de tota Religione agitur. De Baptismo  
 dicit Concilium; Fide Christiana ubi-  
 que invecta, cum parvuli baptizentur,  
 antequam ad maturam ætatem perve-  
 niant, necesse est, ut quod in imbecilli  
 ætate nequiverunt, postea discere sata-  
 gant. Quod quia ab usu recessit pro-  
 pter quorundam incuriam, satis deseri  
 non potest. Nempe quod infantes in  
 Catechesi non instruerentur. Multi  
 præstituta a Canonibus tempora ad Ba-  
 ptismum conferendum partim ignoran-  
 tia partim præsumptione non servant  
 (videlicet Festa Paschæ & Pentecostes)  
 quisquis igitur hanc constitutionem vio-  
 laverit, nisi emendaverit, factum non  
 fore impunitum sciat. Non admittan-  
 tur ad suscipiendos e Sacro fonte alios,  
 qui rudes sunt, quia erudire illos tenen-  
 tur, pro quibus in Baptismo Fidejussores  
 coram Deo extiterunt. Illi quoque, qui  
 pœnitentiam publicam agunt, ad offi-  
 cium Patrini nec in Baptismo, nec in Con-  
 firmatione admittantur.

c. 6.

c. 7.

c. 5.

c. 8.

Ab ordinibus Ecclesiasticis excludan-  
 tur, qui in ægritudine, vel quocunque  
 alio

Sæculum IX. alio modo contra Canones, (id est ex  
 A. C. 829. tra tempus præscriptum) baptizati fue-  
 runt.

c. 33.

Confirmatio illis solum diebus  
 in quibus baptizare licet, conferatur, ne-  
 unquam Episcopi, nisi urgente necessi-  
 tate, post perceptionem cibi & potus  
 per manuum impositionem Spiritum San-  
 ctum tradant.

c. 47.

Presbyteri, sub pœna Depositionis  
 relictis Ecclesiis Deo consecratis in do-  
 mibus aut hortis Missam non celebrent,  
 quamvis adsint oratoria extructa & ad  
 id ipsum ornata. Præstat Missæ non in-  
 teresse, quam interesse in tali loco, in  
 quo non licet. Atqui non licet Missam  
 celebrare extra Ecclesiam nisi in itinere,  
 si Ecclesia longe distet. Tunc enim  
 necessitas exigit, ne populus Missa &  
 Communionem privetur. Sed & tunc  
 quoque super Altare ab Episcopo con-

Deut. 12. 13.

secratum Sacris faciendum est. Lege  
 non permittitur holocausta offerre in  
 omni loco, sed solum in eo, quem elegerit  
 Dominus. Prohibetur etiam, ne  
 Presbyteri Missam soli celebrent. Unde  
 dispicimus, Missas privatas & voce de-  
 missiore frequenter celebrari cœpisse.

c. 48.

Complures Sacerdotes, inquit Con-  
 cilium, sive ex socordia, sive ex igno-  
 rantia pœnitentibus alias pœnitentiis,  
 ac Canones præscribunt, injungunt, ha-  
 bentque quosdam libellos, quos pœnitenti-  
 ales

*tiales vocant. Hinc omnes statuimus, ut quilibet Episcopus in sua Diœcesi* Sæculum IX.  
A. C. 829.  
*bos libellos depravatos solerter conquiri jubeat, & in ignem mitti, ne Presbyteri rudes iis ad fallendos Fideles amplius utantur. Idem Presbyteri ab Episcopis suis accurate edoceantur, quam prudenter & discrete, qui confitentur, interrogandi sint, & quis modus in pœnitentiis injungendis tenendus. Hactenus enim Presbyterorum culpa multa crimina non sine maximo animarum periculo fuere impunita. Illud maxime inculcatur, ut novi Libelli pœnitentiales rejicerentur, quibus pœnitentes vana spe lactabantur, sed servaretur veterum Canonum rigor in reprimenda impudicitia abominanda, tunc vitio communi & pervagato. Nemo ad confitendum Monasteria adeat. Monachi Presbyteri neminem nisi Monachos suæ Congregationis confitentes audiant. Quilibet illi confiteatur, qui potestatem habeat ipsi pœnitentiam Canonicam injungendi, & si Episcopus jubeat, reconciliandi. Hic dispicimus, quomodo pœnitentiæ rigor, privatorum ignorantia & temeritate, cœperit relaxari.*

§. XXV.

*Canones ad Clericos pertinentes.*

**A**busus perniciosus esse putatur, quod c. 26.  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XI. Q per c. 20.*

Sæculum IX. per annum duo secundum Canones  
 A.C. 829. Concilia non celebrentur, & præcipitur,  
 ut saltem unum singulis annis convoce-  
 tur. *Episcopi in omnibus Patrum ex-  
 empla sequantur, & non sine indignatio-  
 ne nostra, inquit qui in hoc Concilio  
 aderant, comperimus, quod aliqui ex no-  
 stris Fratribus in loco separato dor-  
 miant, & continentia suæ testes non  
 habeant. Prohibemus, ne id impostertum  
 fiat, sed volumus, ut Episcopi omni-  
 bus bonum exemplum præbeant, & om-  
 nem detractionis materiam tollant.*  
 Id est, illa jubetur servari consuetudo  
 qua Clericus unus alterve individuus  
 Episcopi contubernalis erat, & quem  
 Græci Syncellum dicebant.

*Sup. Lib.*

*XXV. §. 5.*

*Sup. Lib.*

*XXXV.*

*§. 43.*

*6. 21.*

Concilium rursus arguit Episcopos  
 quod magis delectentur societate & con-  
 viviiis Laicorum quam Clericorum, at-  
 que Abbates Abbatissæque pravum Epi-  
 scoporum exemplum sequantur. Tan-  
 dem quod Episcopi a civitate, in qua Se-  
 dem Pontificiam habent, sæpe disce-  
 dant, atque ad loca longe dissita se con-  
 ferant tum avaritiæ tum voluptatis  
 causa.

In istorum Canonum titulo, qui æ-  
 qualis vetustatis notas habet, legitur  
 Episcoporum aliorumque Prælatorum  
 Officium esse, excepto casu necessitatis,  
 ut Horas Canonicas cum Clericis suis  
 reci-

recitent, cum iis quotidie ex Sacris Lit-  
 teris collationem habeant, & cum iis  
 manducent.

Sæculum IX.  
 A. C. 829.

Clerici aut Monachi non suscipiant  
 in se munus Villici, Procuratoris, aut  
 Mercatoris, & præsertim Monachi non  
 se implicent causis vel Ecclesiasticis vel  
 Sæcularibus, nisi obedientia & necessi-  
 tate cogente. Presbyteri a suis Eccle-  
 siis non discedant, & Episcopi Presbyte-  
 ros in loca remota non mittant ad sua  
 negotia curanda vel mandata perficien-  
 da, dum interea Fideles vel Confessionis  
 vel Baptismi auxilio destituti moriun-  
 tur. Ex his videmus, de Parochis ser-  
 monem esse. Id ipsum dispicitur ex a-  
 lio Canone, ubi præcipitur, ut Presby-  
 ter unicam habeat Ecclesiam & unicum  
 populum, quia oportet, ut singulæ Ec-  
 clesiæ habeant suum Presbyterum, sicut  
 singulæ Civitates suum Episcopum, cum  
 singuli Ecclesiis suis digne administran-  
 dis vix sufficiant.

c. 28.

c. 29.

c. 49.

Canones  
 Concilii Pa-  
 risiensis.

c. 35.

c. 36.

Episcopi moribus Presbyterorum alio-  
 rumque Clericorum depositorum invigi-  
 lent, & pœnitentiæ subjiciant. Nam a-  
 liqui Depositionis pœnam flocci facien-  
 tes more sæcularium vivebant, vitio  
 immersi. Reprimatur licentia Clerico-  
 rum errantium, qui non solum ab Epis-  
 copis & Abbatibus, sed etiam a Comi-  
 tibus aliisque Proceribus recipiuntur.

Q 2

Ad

Sæculum IX. Ad hunc effectum consequendum petatur auxilium Imperatoris præsertim

A. C. 829.

Italia, ubi Clerici ex Germania & Gallia fugitivi sine scrupulo recipiuntur.

c. 27.

Sup. Lib.

XLV. §. 25.

6. 25.

Chorepiscopi Confirmationem non conferant, & aliis officiis Episcopo reservatis non fungantur. Ergo Decretum, quo Chorepiscopi jam anno octingentesimo secundo supprimi debebant executioni datum non fuerit. Episcopi

6. 30.

Archidiaconos suos singulari cura observent, & cohibeant, ne plura a Fidelibus, quam fas sit, exigent. Mandatum Imperatoris, quo jubentur Scholæ fundari, executioni detur, atque ut cognosci possit, an id fuerit effectum, quilibet Magister Discipulos suos in Concilio Provinciali producat.

6. 39.

6. 40. 41.

c. 34.

6. 40. 44.

6. 46.

Sanctimonialibus non præficiantur Abbatissæ viduæ, quæ prius vitam Monasticam non fuerunt professæ. Presbyteri velamen Monasticum nec Viduis nec Virginibus sine licentia Episcopi dant. Abbatissæ autem suo arbitrio illud nunquam conferant. Multo minus scemina se ipsas velent. Canonici & Monachi in Monasteria puellarum sine licentia Episcopi aut Vicarii ejus pedem non inferant. Si veniant ad colloquendum, adeant exedram vel atrium testibus piis præsentibus utriusque sexus. Si ad concionandum veniant, in loco publico

blico perorent, si ad Missam celebrandam, intrent cum suis Ministris & Missa finita sine mora exeant, si ad excipiendas confessiones, ante Altare confitentes audiant presentibus testibus haud longe stantibus.

Sæculum IX.  
A. C. 829.

Fœminæ ad Altare ministrare, Vasa Sacra tangere, & multo minus Corpus & Sanguinem populo præbere non præsumant.

c. 45.

§. XXVI.

*Liber secundus & tertius.*

Liber secundus Concilii Parisiensis articulos tredecim de Officiis Regis, de verbo ad verbum ex Tractatu exiguo Jonæ, Episcopi Aurelianensis, in Concilio presentis, descriptos complectitur, quem Tractatum Jonas anno superiore octingentesimo vigesimo octavo Pipino Regi Aquitaniæ inscripserat, & quinque capita Tractatus sui de Institutione Laicorum inseruerat.

to. 5. Spicil.  
p. 57 v. præf.  
ejusd. tomi.

In fronte Libri tertii visitur Epistola Episcoporum ad Ludovicum & Lotharium Imperatores; nam semper conjungebantur. In ea rationem reddunt illorum omnium, quæ in Concilio, ut jussi fuissent, egerant. *In articulos divisimus, inquit, quæ ad Religionem Christianam spectant, officia nostra, emendationem nostram, & quæ populos moneri*

Q 3

opor-



Sæculum IX. oportet. *Hæc ad vos mittimus, ut legatis, & ad examen vocetis. Libro secundo inseruimus quosdam articulos necessarios de officiis vestris, quos tanquam monita salutaria familiari libertate vobis offerendos esse existimavimus. Sequuntur aliqui articuli ex illis, qui in Conventu nostro edidimus, excerpti & quos executioni dari a vobis postulamus. Quippe viginti septem articulis quibus Liber tertius constat, plerique et primo repetuntur. Septem priores articuli sunt illi, quos Episcopi maxime necessarios judicabant, alios decem effectui dari poscebant. In illis mentionem faciunt de multis superstitionibus quæ de moribus Gentilium remanserant, de Magis, de Hariolis, Sortilegis, Veneficis, Divinatoribus, somniorum Interpretibus, de iis qui possunt turbare aerem, grandinem immittere, fructus & lac auferre.*

*Hæc Episcopi possibilia esse credenda videntur.*

*c. 6. II. 10.*

*In his itaque efflagitant, ut in nullis Oratoriis domesticis, nec in ipsa Regia Sacra peragantur. Ut Concilia convocentur. Ut Scholæ publicæ in tribus*

*c. 12.*

*saltem Imperii Civitatibus erigantur. In Clericos fugitivos inquiretur. Petunt*

*c. 13.*

*ut quidam Episcopatus, qui subtractis bonis interierant, restituantur. Ut Mona-*

*c. 15.*

*steria*

steria sibi collata Laici conferrent, & Sæculum IX. penitus collabi non sinant. Cædes & A.C. 829. privatorum vindictæ acerrime puniantur. Tandem majoris præ ceteris momenti est articulus de reprimendo abusu utriusque potestatis. *Nihil magis, inquiunt Episcopi, Disciplina Ecclesiastica & Republicæ nocet, quam quod a longo jam tempore Principes causis Ecclesiasticis se ingerant, & Episcopi tum ignorantia tum cupiditate plus justo negotiis secularibus implicentur.*

§. XXVII.

*Institutio Laicorum Jona Auctore.*

Institutio Laicorum a Jona Aurelianensi scripta est in gratiam Matfridi, ejusdem Civitatis Comitum, qui Episcopum suum rogaverat, ut quam brevissime posset, præcepta sibi conscriberet, quæ implendo & ipse & alii Christiani in matrimonio vitam Deo gratam ducere possent. Hic Tractatus, etsi sit brevis, dividitur in tres libros, quorum primus & tertius omnibus Fidelibus, secundus vero conjugibus utilis est.

to. 1. Spicit. init.

Primo agit de obligatione, quam omnis Christianus in Baptismo subit. Transiens deinde ad Confirmationem, hortatur, ut ejus collatio non differatur. Quod argumento est, jam illa ætate Sacramentum Confirmationis a Baptismo

Sæculum IX.

A. C. 829.

*lib. I. c. 10.*

c. 16.

c. 19.

c. 20.

plerumque fuisse separatum. Hortatur parentes & paternos, ut pueros in fidei doctrina erudiant. Queritur, admodum raro fieri, ut pœnitentia secundum veterum Canonum præcepta injungeretur, & aliquos peccatores, quo indulgentius haberentur, ad Sacerdotes Disciplinae Ecclesiasticæ ignaros accedere. Dicit, Fideles pro more in Ecclesia recepto peccata graviora Presbyteris confiteri, ut eorum Ministerio Deo reconcilientur, leviora autem & quotidiana cuicunque obvio; fatetur tamen, istud confitendi genus vix inter alios quam inter Monachos retineri. Nempe aliqui, præter Confessionem Sacramentalem peccatorum mortalium necessariam, culpas leviores aliis non Presbyteris confitebantur, ut humiliarentur, eorumque consilio & precibus adjuvarentur.

Jonas præterea queritur, plerosque Laicorum Sanctam Communionem tribus solum præcipuis anni Festis accipere, & hortatur, ut sæpe sed rite dispositi communicent. Rursus carpit, quod multi Dynastæ a Parochis partem Decimarum, & aliorum proventuum ex Ecclesiis sui Patronatus, tunc præcipue, quando frequentissimus esset populi concursus, exigerent. Quod Laici Presbyteros pauperes usque adeo vilipenderent, ut iis pro famulis uterentur, & ad capiend.

capiendum secum cibum non admitte- Sæculum IX.  
rent. In aleatores vehementer invehi- A. C. 829.  
tur, & contra eos, qui venatui immodi-  
ce indulgebant, atque ideo ab officiis  
Divinis aberant, & pauperes opprime-  
bant.

c. 23.

c. 24.

Comites aliique Optimates jus qui-  
dem dicebant, sed plerique superante  
focordia causas pauperum negligebant,  
& a divitibus munera accipiebant. Sua-  
det, ut ægrotantes Ministerio Pres-  
byterorum ungantur, & complures ar-  
guit, quod divinatores consulerent, quis  
morbi exitus esset futurus. Item repre-  
hendit, quod pauperum sepulturæ ex-  
tra curam essent, & destructis sepulchris  
domus eorum loco ædificarentur. Hoc  
opus pro temporum illorum methodo  
sententiarum ex Scriptura & Patribus  
excerptarum unus prope contextus est.

c. 15.

## §. XXVIII.

*Halitgari Tractatus de Pœnitentia.*

Halitgarus in hoc Concilio Parisiensi  
præsens Episcopatum Attrebaten-  
sem & Cameracensem ex anno octingen-  
tesimo decimo sexto gerebat, atque Eb-  
bonis Archiepiscopi Remensis in sua Mis-  
sione Danica anno octingentesimo vige-  
simo secundo socius fuerat. Anno oc-  
tingentesimo vigesimo octavo a Ludo-  
vico Imperatore Constantinopolim Le-  
gatus

*Sigeb. illust.**Bald. l. i.**Flod. II. hist.**Rem. c. 19.*

Q 5

gatus

Sæculum IX. gatus mittitur, in qua profectio veri-  
 A.C. 829. simile est ipsum Romam petivisse. Ha-  
 litgarum igitur Ebbo, cum cerneret, nul-  
 lam certam & constantem regulam in  
 libellis pœnitentialibus, quibus plerum-  
 que Presbyteri utebantur, reperiri, eni-  
 xe rogavit, ut Tractatum de Pœniten-  
 tia scriberet, Patrum sententiis & Cano-  
 num Decretis consentaneum. Quod ille  
 se facturum recepit.

to. 14. Bibl.  
 PP. Lugd.  
 p. 906. Coïnt.  
 an. 830. n. 47.

Halitgari Opus ad nos usque perve-  
 nit, cui Titulus, de Remediis peccato-  
 rum, & de Ordine Pœnitentiæ, atque  
 in libros sex dividitur. Liber primus  
 agit de vitiis, ut ajunt, capitalibus, &  
 eorum remediis, atque e S. Gregorio &  
 S. Augustino, librisque de vita contem-  
 plativa S. Prospero adscriptis excerptus  
 est. Liber secundus itidem ex Patribus  
 excerptus de Virtutibus tam Cardinali-  
 bus quam Theologicis agit. Tertius  
 complectitur regulas pœnitentiæ, quoad  
 potiore partem ex Canonum Codice,  
 quem Carolus Magnus ab Hadriano Pa-  
 pa accepit, collectus. Quartus pœni-  
 tentias Laicorum, & quintus Clerico-  
 rum continet, ex eodem Codice, ex De-  
 cretalibus Pontificum posterorum, & ex  
 Collectione Martini Bracarensis erutus.  
 Liber sextus est Ordo pœnitentialis,  
 quem Halitgarus ex Tabulis Ecclesiæ Ro-  
 manæ

manæ accepisse se affirmat, estque singula-  
ri attentione dignus. Sæculum IX.  
A. C. 829.

Exordium ducitur a modo, quo Epis-  
copus aut Presbyter pœnitentem exci-  
piat, & dicitur: *Quando Christiani ad*  
*pœnitentiam veniunt, eis jejunia injun-*  
*gimus, & ipsi cum eis jejunamus una al-*  
*terave septimana, aut quamdiu possumus;*  
*ne nobis quoque illud objici possit, quod*  
*olim Judæorum Sacerdotibus; nos o-*  
*nera gravia imponere in humeros ho-*  
*minum, digito autem nostro nolle ea*  
*movere. Non possumus hominem la-*  
*psum erigere, nisi inclinemur. Nec*  
*Medicus graveolentiam ægrotantium pot-*  
*est effugere. Ita etiam sine magno la-*  
*bore, sine precibus, sine lacrymis pecca-*  
*tores sanare non possumus. Quando bo-*  
*num consilium pœnitenti suggeris, illico*  
*etiam pœnitentiam congruam injunge, ne*  
*obliviscaris, quanto tempore eum jejuna-*  
*re oporteat, & ne cogaris ab eo petere,*  
*ut suam confessionem iterato exponat. (\*)*  
*Ceterum non omnes Clerici, qui in hunc*  
*librum inciderint, eum legant, sed so-*  
*lum illi, quibus hæc doctrina necessaria*  
*est (scilicet Presbyteri) necessitate po-*  
*stulante & absente Presbytero Diaco-*  
*nus pœnitentem ad Sanctam Communio-*  
*nem*

(\*) Ex his colligitur, Sacram absolutionem  
non statim pœnitentibus fuisse collatam.

Sæculum IX. *nem recipere potest.* Nimirum si in eo  
A. C. 829. signa sinceræ pœnitentiæ videat, potest  
 Evcharistiam præbere, quamvis absolu-  
 tionem non acceperit. (\*) *Ergo Pres-  
 byter unacum pœnitente se coram Deo  
 humillime demittat, & si aliquis ad  
 confitendum advenerit, moneat, ut expe-  
 ctet aliquantulum, donec ipse conclave  
 intraverit ad orandum. Tunc cum pœ-  
 nitens Presbyterum tristem & flentem  
 peccata aliena viderit, majorem proprii  
 peccati horrorem concipiet. Postquam  
 pœnitens jejunia præscripta servaverit,  
 suadeat ei Presbyter, ut plura alia  
 sponte recipiat. Qui jejunare non pot-  
 est, jejunia eleemosynis secundum men-  
 suram facultatum suarum injunctis re-  
 dimet. Si mancipia ad te venerint,  
 non tam crebra ac divitibus jejunia eis  
 impera, sed mediam solummodo pœniten-  
 tiæ partem injunge. A vero abludit,  
 hæc sancta præcepta tunc nova fuisse, &  
 S. Ambrosium peccatoribus pœnitenti-  
 bus collacrymantem vidimus.*

*Sup. Lib.  
 XIX. §. 22.*

*c. 1.*

Deinde singulis criminibus pœniten-  
 tia sua, sed mitius quam in antiquis Ca-  
 nonibus, statuitur. Commisso homici-  
 dio voluntario Laicus non graviore pœ-  
 niten-

(\*) Nisi id forte ita intelligendum sit; quod  
 pœnitens antea a Presbytero absolutionem a  
 peccatis & necdum Evcharistiam acceperit.

nitentia quam annorum septem damnatur, ex quibus annos tres in pane & aqua jejunandum est. Presbytero autem spatium annorum decem præscribitur. Adulterium punitur pœnitentia annorum trium. Rapina annorum quinque, furtum simplex jejunio trium quadragesimarum in pane & aqua expietur, maleficiū pœnitentia septem annorum, divinatio, fors Sanctorum, aliæque ejusmodi superstitiones trium annorum, usura trium annorum, vulnus inflictum, si sanguis fluxerit, quadraginta dierum, & crapula septem dierum. Clericis eo gravior semper injungitur pœnitentia, quo altior est ordinis gradus, in quo eminent.

Tertio nubentibus trium hebdomadarum jejunium injungitur, quarto aut quinto nuptias repetentibus jejunium hebdomadarum viginti & unius, quod temporis spatium ultra quinque menses extenditur. Halitgarus haud diu post Concilium Parisiense anno circiter octingentesimo trigesimo fati functus Theodericum Successorem habuit.

## §. XXIX.

*Agobardi Tractatus adversus  
Judæos.*

Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis in se concitaverat odium Judæorum

Saculum IX.  
A. C. 829.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

c. 7.

Coint. an.  
831. n. 25.



Sæculum IX. rum, quorum magnus numerus in illa  
A. C. 829. Civitate erat, quod eorum mancipia baptizaret. Is quatuor quinqueve annis ante Concilium Lugdunense datis hæc de re ad Adalardum, Walam fratrem ejus, & Helifacharum, Procerum in Palatio præcipuos, litteris, *Peto a vobis, inquit, consilium, quid faciendum mihi sit de mancipiis Judæorum Ethnicis, quæ illi comparaverunt. Servi tales apud illos nutriti, inter nos discunt linguam nostram, audiunt de Fide, vident Dies Festos celebrari, commoventur, confugiunt ad Ecclesiam, Baptismum postulant. An repellendi sunt? At vero Apostoli eorumque Discipuli non expectaverunt dominorum licentiam, ut servos baptizarent.*

*de Bapt.  
 Jud. manc.  
 to. I. p. 98.*

Illud in hoc negotio difficultatem pariebat, quod compluribus legibus cautum esset, ne Judæi haberent servos Christianos. Itaque qui conferebant Baptismum Neophytos dominis subtrahabant, & poterant aliqui servi Religionem simulare, ut libertatem consequerentur. Sed istud incommodum removerant Leges, potestatem facientes Episcopo & omnibus Fidelibus baptizatos pretio redimendi. Hinc Agobardus subjungit: *Nolumus ut Judæi pretio pro servis dato priventur, nam illud, prout in Sacris Canonibus constitutum est,*

*eis offerimus; verum illi id recusant accipere, putantes Curiam Cæsaream sibi favere.* Nimirum Judæi damnū reputabant, si ex servis suis lucrū captare non possent, & cogentur eos vendere.

Sæculum IX.  
A. C. 829.

Querelas deinde affert Agobardus contra Judæorum Magistrum, nempe Præpositum jurium eorum conservatorem, nomine Everardum, qui eorum causam contra Ecclesiam defendebat.

Conjectura est, hunc Everardum haud multo post ab Imperatore Mandatum impetrasse, quo prohibebatur, ne invitis Judæis eorum mancipia Ethnica baptizarentur. Hac de re scripsit Agobardus Epistolam ad Abbates duos Hilduinum & Walam tunc in Palatio maxima auctoritate pollentes. In ea ex Evangelio egregie probat, nemini Baptismi Gratiam esse denegandam. (\*)

De Baptizandis Judæorum Mancipiis.

Iterum-

(\*) Omnino suspicari licet istud Mandatum a Ludovico Pio subreptitè fuisse impetratum. Atque in Epistola Agobardi ad Hilduinum Archicapellā Ludovici Imp. & Walam Corbejensem Abbatem hæc verba leguntur, relata a R. P. Pagi: *Quoddam præceptum Judæi circumferunt, quod sibi datum ab Imperatore gloriantur, in quo continetur, ut mancipium Judaicum absque voluntate Domini sui nemo bapti-*

Sæculum IX. Iterumque queritur contra Judæorum  
A. C. 829. Magistrum, minitantes, se facile impe-  
 traturum, ut ab Imperatore Delegati  
 mitterentur, qui editum Mandatum exe-  
 cutioni darent. Dicit, se pro Neo-con-  
 versis lubentissime pretium esse datu-  
 rum, & fatetur, non esse licitum, Judæis  
 liberos aut servos vi adhibita eripere,  
 sed sponte venientes excipere.

tom. I. p. 102.

Sub idem tempus Agobardus datus  
 ad Nebridium Narbonensem Archiepis-  
 copum inter seniores Franciæ totius Præ-  
 fules maxime venerabilem rogat, ut ad  
 reprimenda Judæorum molimina secum  
 operam jungat. *Hoc anno, inquit, Di-  
 cesim meam visitans cunctis denunciavi,  
 ut a societate Infidelium, non paganorum,  
 nulli enim inter nos reperiuntur, sed Ju-  
 dæorum separarentur. Deprehendi, ali-  
 quos cum Judæis Sabbatum servare, die  
 Dominica laborare, & jejunandi præce-  
 pta violare. Complures mulieres eis ser-  
 vientes tum mancipia, tum mercenaria,  
 aut corpus suum aut animam corrumpi  
 patiuntur, nam dicunt Judæi, se esse Pa-  
 triarcharum & Prophetarum progeniem.  
 Quin imo complures de infima plebe us-  
 que*

baptizet. Quod a nobis omnino non creditur,  
 ut a facie Christianissimi & Piissimi Imperato-  
 ris tam contraria Ecclesiæ Regulæ sit egressa  
 sententia.

que adeo infatuantur, ut dicant, solos Sæculum IX.  
 Judæos esse populum Dei electum, ipsosque A. C. 829.  
 veram Religionem custodire. Itaque pro-  
 hibui, ne cum Judæis biberent, mandu-  
 carent, aut habitarent; sed quidam missi  
 ab Imperatore & maxime Everardus,  
 qui Judæorum nunc Magister, sub ob-  
 tentu Edictorum Imperialium religio-  
 sum opus nostrum destruere tentarunt,  
 quibus nos neque ad horam cessimus; eo  
 quippe adduci non possumus, ut credamus,  
 Religiosissimum Principem mandata Di-  
 vine legi usque adeo adversa edidisse.  
 Rogo vos igitur, vos, inquam, quos tan-  
 quam firmas Ecclesiæ columnas omnes su-  
 spicimus; ad Episcopos vicinos scribite,  
 & hortamini, ut conjunctis nobiscum vi-  
 ribus Ecclesiam a tanto malo liberare  
 contendant.

Tandem Agobardus super hac re ad  
 ipsum Imperatorem dedit Epistolam,  
 cumque dicat, se id fecisse, postquam o-  
 mnia cum Confratribus contulisset,  
 scripta creditur illo tempore, quo cele-  
 bratum est Concilium Lugdunense anno  
 octingentesimo vigesimo nono. De illo Agobardi  
 Concilio quidem nihil ad nos pervenit, Epistola ad  
 in supradicta vero Epistola, cui titulus: Imperato-  
*De insolentia Judæorum*, Agobardus lo- rem.  
 quitur in hunc modum: *Venerunt ad* to. I. p. 9.  
*me Judæi Epistolam ad te datam feren-*  
*tes, aliamque Vicecomiti Lugdunensi red-*  
*Hist. Eccles. Tom. XI. R dide-*

Sæculum IX. *diderunt, in qua continentur mandata*  
A. C. 829. *ut iis contra me auxilium præstet. Quam-*  
*vis Epistolæ istæ & nomen tuum &*  
*sigillum præferant, a te fuisse profectum*  
*tamen non credidi. His vero non parum*  
*insolescebant Judæi minantes, nos vi-*  
*obedientiam compellendos a Delegatis, qui*  
*missi essent, ut se ab injuriis Christiano-*  
*rum ulciscerentur. His vix dum limen*  
*egressis adest Everardus, eadem mihi inge-*  
*rens, & addens, Majestatem tuam Je-*  
*dæorum causa mihi vehementer succen-*  
*sere. Ipso digresso intrarunt Guericus*  
*& Fridericus Delegati tui manibus te-*  
*nentes Mandatum tuum & nescio quomodo*  
*Capitulare. Tunc vero Judæi maxima*  
*lætitiæ indicia dederunt, fugerunt Chri-*  
*stiani, aut latibulis se abdiderunt. Ali-*  
*liqui comprehensi, omnes ingenti terrore*  
*perculsi. Agebant enim Delegati, te-*  
*neutiquam Judæorum gentem aversari,*  
*ut crederent aliqui, sed eos a te amari,*  
*& pluris quam multos Christianos existima-*  
*vari.*

*Hujus persecutionis causa est, quod*  
*Christianis prohibuerimus, ne mancipia*  
*Christiana Judæis venundaret, ne pate-*  
*rentur, a Judæis venundari Christiano-*  
*nos in Hispaniam mittendos, ne Judæi*  
*domi suæ haberent Christianos mercede*  
*conductos. Præterea prohibuimus, ne*  
*quisquam cum ipsis Sabbatum observet,*  
*quod*

quod aliqua mulieres faciunt, ne Christiana-  
ni die Dominica laborent, ne in Quadra-  
gesima cum Judæis prandeant, (id est je-  
junium ne frangant, tunc enim Fideles  
ad vesperam reficiebantur) ne carnem  
aut vinum ab eis emant, nihil enim Chri-  
stianis vendunt, quam quod immundum  
credunt.

Et postea: Gloriantur circumcisi,  
gentem suam tibi in amoribus esse, quia  
a Patriarchis genus ducunt. Factant  
se, quod ad colloquium tuum honorifice  
admittantur, quod primæ Dignitatis vi-  
ri suum favorem & præsidium exoptent.  
Dicunt, illis, qui tibi a consiliis sunt,  
minime probari, quod Judæis probi-  
beamus, Christianis vinum vendere, &  
complures libras argenti eis dedisse, qui-  
bus vinum coemant. Exhibent Epistolas Judæi Lug-  
tuo nomine scriptas sigillo aureo muni-  
tas, & vestes, quas a sæminis tibi pro-  
pinquis & præcipuis in Regia matro-  
nis uxoribus suis missas crepant. Ju-  
dæi contra leges novas extruere Synago-  
gas sinuntur, & eo denique perventum,  
ut dicant imperiti Christiani, melius  
sibi prædicare Judæos, quam Presbyteros  
nostros. Delegati tui, ne in celebrando  
Sabbato impedirentur, præceperunt, ut  
nemo hoc die mercatui vacet, quamvis  
hoc noceat Christianis, qui non in Sab-  
bato sed in die Dominica a labore ab-  
stinent.

R 2

stinent.

Sæculum IX. *finient.* Ex his Epistolis & Delegat  
 A.C. 829. rum mandatis Judæorum reipublicæ  
 ventibus cognoscimus imbecillum an  
 mum Ludovici Imperatoris, blanditi  
 uxoris suæ Judithæ & Aulicorum, quo  
 rum familiaritati adsueverat, sermon  
 bus plus æquo obnoxii.

His Agobardus subjungit: *Cum præ  
 cedens Epistola scripta fuisset, super  
 nit homo fugiens ab Hispaniis ex Cordo  
 ba, qui dicit se parvum adhuc puerum  
 furto abstractum fuisse a quodam Judæo  
 Lugduni ante annos viginti quatuor, pe  
 gisse autem anno præsentis cum alio, qui  
 similiter raptus fuisset Arelate ab alio  
 Judæo ante annos sex. Cumque illius  
 cujus civitas paterna Lugdunum erat  
 notos quæsiuissimus & invenissemus, in  
 ctum est nobis, & alios pueros ab eodem  
 Judæo plagiario raptos, alios vero emptos  
 & venditos, & ab alio quoque Judæo  
 præsentis anno alium puerum raptum &  
 venditum. Tandem compertum nobis  
 plures Christianos a Christianis vendi  
 comparari a Judæis, perpetrarique ab eis  
 plura nefanda, quæ referre honestus cal  
 anus erubescit.*

In hac Epistola Agobardus promit  
 tit, se ad Imperatorem ampliores literas  
 daturum de Superstitionibus Judæorum  
 & cura necessario adhibenda, ut Chri  
 stiani ab eorum consortio excludantur.

Pro

Promisso stetit, edito Scripto, quod ad <sup>Sæculum IX.</sup> idem tempus refertur, & præter nomen <sup>A. C. 829.</sup>

Agobardi etiam nomina Bernardi Archi-  
episcopi Viennensis & Faovæ Episcopi <sup>to. I. p. 66.</sup>  
Cabillonensis præfert. In eo adducun- <sup>de Judæi</sup>  
tur complura Patrum Testimonia, & <sup>Superst.</sup>

Conciliorum Franciæ Decreta, quibus  
omne commercium cum Judæis Chri-  
stianis interdicitur. Deinde errores &  
superstitiones Judæorum referuntur in <sup>Agobardus</sup>  
hunc modum: *Dicunt, Deum suum esse* <sup>contra Ju-</sup>  
*corporeum, & diversis membris, sicut nos,* <sup>dæos.</sup>

*constare, quibus audire, videre, loqui  
possit, & sic de ceteris. Inde sequi, cor-  
pus humanum ad ejus imaginem esse fa-  
ctum. Deum sedere in magno Palatio  
super thronum, quem quatuor animalia  
a quatuor partibus sustentant. Deo  
infinite esse multitudinem cogitatio-  
num suarum, easque cum ad opus deduci  
non valeant, mutari in Dæmones. Ju-  
dæi credunt, literas sui Alphabeti esse  
æternas, & Legem Moysis compluribus  
annis ante creationem Mundi fuisse scri-  
ptam. Plures dari orbis terraqueos, plu-  
res Infernos & plures Cælos. Deum  
habere buccinas septem, quarum una-  
quæque mille cubitos longa. Præter  
plures alias nœnias, præsertim de JE-  
su Christo.*

Cura maxima, qua celeberrimus Rab- <sup>More Ne-</sup>  
binus Moyse, Maimoini filius conatur <sup>vochi parte</sup>  
<sup>I. c. I. 2. & c.</sup>

R 3

osten-35.46.



Sæculum IX. ostendere, Deum non esse corporeum  
 A. C. 829. & Scripturæ hujus generis metaphora  
 explicare, satis nobis demonstrat, quæ  
 tas hic error in mentibus Hebræorum  
 adhuc post annos trecentos, ex quo A  
 gobardus scripserat, radices egerit.

## §. XXX.

*Probationes Superstitiosæ.*

to. 7. Conc. p. 1669. *ibid.* p. 1583. *Capit.* tom. 1. p. 662. c. 12. p. 668. v. *sup.* 9. v. *Coint. an.* 829. n. 146. *Éc. Mabill.* tom. 1. *Analect.* p. 47.

Quatuor Conciliis Moguntino, Pa  
 siensi, Lugdunensi & Tolosano co  
 lebratis, eodem anno octingentesimo  
 gesimo nono Wornatiæ habita sunt Co  
 mitia, quæ etiam in Conciliorum  
 merum referuntur, & ubi recensetur  
 capitulare complurium Articulorum. E  
 rum vero nullus memoratu dignior quam  
 ille, quo prohibetur examen, seu Proba  
 tio per aquam frigidam; hæc quippe  
 illa usque tempora in usu fuerat. Su  
 persunt hodieque formulæ precationum  
 Ecclesiasticarum, (\*) quæ hunc Ritum  
 comitabantur. Unde patet, quod Actus  
 Religionis esse crederetur. Manuscri  
 ptum illo ævo exaratum institutionem  
 hujus

(\*) Propterea obnixè te deprecamur Domine  
 Jesu Christe, fac signum tale, ut si culpa  
 bilis est hic homo, nullatenus recipiatur ab aqua  
 Nat. Alex. in Eugenio II.

hujus Ritus Eugenio II. Papæ (\*) adscribit, *ut nemini, inquit, amplius liceat su-* Sæculum IX. A.C. 829.  
*per*

R 4

(\*) Ad hunc locum R. P. Balduinus dicit: *Priusquam Fleurius huic Pontifici famam raperet, inquirendum erat &c.* Fleurius non affirmat, Eugenium II. hujus Ritus esse Auctorem, sed refert, quod etiam alii Historiæ Ecclesiasticæ Scriptores referunt. Deinde iterum: *Fleurius tanquam testem citat P. Mabillonium Tom. I. Annal. pag. 47. sed in hoc loco Mabillonius nec de Manuscripto, nec de Superstitione, nec de Eugenio Papa ullam mentionem facit.* Pro Responso afferam verba P. Natalis Alexandri tom. XI. Edit. Paris. in Eugen. II. *Ritum probationis per aquam frigidam instituit Eugenius II. si fides Remigianis membranis per vetustis habeatur, Sæculo nono, ut conjicit P. Mabillonius, exaratis, ex quibus Ritum illum transcripsit & publicavit Veterum Analectorum Tom. I. vix tamen mihi persuadere possum, id ab Eugenio Papa inventum & ab omnibus Christianis observari jussum &c.*

Postea P. Natalis quatuor adducit argumenta; neutiquam verisimiliter id Eugenio Papæ affingi posse. Et revera vix aliquid est, quo istud Manuscriptum fidem facere possit. Interim nec ullum in Fleurii narratione malæ fidei deprehenditur vestigium.

Hanc vero probationem per aquam frigidam conjectura est originem traxisse a Ritibus Veteris Testamenti. Estque omnino mirabile, quod

Sæculum IX. *per Reliquias jurare, aut super Altare  
A. C. 829. manum ponere.* Celebrabatur Missa, at-  
que accusati communicabant, aqua be-  
nedicta eis ad bibendum dabatur, dein-  
de aquæ immergebantur, & invocabatur  
Jesus

quod refert Cardinalis Gotti in Libro de Veritate Religionis Christianæ Tract. V. de probatione S. Josephi & S. Mariæ Virginis ex Evangelio Jacobi Pseudo Evangelistæ. *Pessimum tamen est, inquit, quod Pseudo-Jacobus subjungit, nimirum quod non acquiescens Joseph dictis, rursus dixit Sacerdos: restitue Virginitatem, quam accepisti a Templo Domini: & profundebatur lacrymis Joseph. Et dixit Sacerdos: Potabo vos aqua redargutionis Domini, & manifestabitur peccatum vestrum in oculis vestris. Et accepta aqua Sacerdos potavit Josephum, & misit eum ad montana, & rediit sanus. Potavit & Mariam ipsam, & misit eam etiam ad montana & rediit incolumis, & miratus est totus populus, quod peccatum non sit manifestatum in illis. Et dixit Sacerdos: Deus non manifestavit peccatum vestrum, nec ego judico vos, & absolvit eos. Subjungit Cardinalis: Quis cachinnis hæc seu potius indignatione non audiat.*

Hujus Pseudo Evangelii Auctor videtur illam opinionem præsumere, S. Josephum Beatissimæ Mariæ & Sponsum & Virginitatis custodem a Sacerdotibus fuisse datum, eosque seu propositum, seu votum utriusque de servanda in conjugio virginitate non nescivisse.

JESUS Christus, ut si culpabiles essent nullatenus ab aqua reciperentur. Sæculum IX.  
A.C. 829.

Profecto hic nullus est obstupescendi locus, si accusati sapissime innocentes probarentur.

Forte ut hæc prohiberentur, effecerunt monita Agobardi, cujus Tractatum habemus de hac materia & generatim contra omnes ritus Probationum, quas populus illa ætate Dei Judicia nominabat, credens oportere, ut ad crimina occulta manifestanda miracula patraret. Ceterum multiplicis generis erant hæ probationes. Singulare certamen accusatoris & accusati, quod ipsi, aut missi ab eis pugiles inibant. Aqua calida, aqua frigida, aut ferrum candens. Crux ante quam utrique standum erat. Agobardus præcipue Duellum damnat, Gundebaldi Regis Burgundionum Lege approbatum, & monstrat, quantum illud Legi Divinæ, & maxime præcepto Charitatis, quæ Legis substantia est, repugnet. Hoc scriptum vix aliud est quam unus locorum ex S. Scriptura contextus.

to. I. p. 301.

§. XXXI.

*Missio S. Anscharii in Sueciam.*

Sub idem tempus nempe anno octingentesimo vigesimo nono Legati ad Sueonum seu Suecorum partibus ad Ludovicum

v. S. Ansch.  
n. 15.

R 5                      dovicum

*Sæculum IX.* dovicum Imperatorem adveniunt, inter  
*A. C. 829.* alia sibi commissa significantes, esse in  
 sua Gente non paucos, qui Christianæ  
 Religionis cultum amplecti cuperent,  
*At. SS. Be.* Regisque sui animum ad excipiendos E-  
*to. 6. p. 85.* vangeli præcones satis propensum vi-  
 deri. Rogant igitur, ut Presbyteros  
 mitteret, a quibus erudirentur. Hoc  
 nuncio plurimum delectatus Imperator  
 quæsit virum, quem mittere posset, ut  
 exploraret, an verâ audiret, & consu-  
 luit Walam Abbatem Corbejensem, num  
 quem ex suis haberet, qui in Sueciam  
 proficisci vellet, inprimis an non ire vel-  
 let Ansharius, qui jam prius apud He-  
 rioldum Daniæ Regem moraretur. Er-  
*Sup. n. 7.* go Ansharius vocatur ad Regiam, &  
 consilii præcius recordatus est visionis  
 sibi objectæ, dum Corbejæ olim versare-  
 tur, qua paganis fidem prædicare jussus  
 fuerat. In præsentiam Cæsaris adductus,  
 ad omnia quæ sibi præciperentur para-  
 tum se intrepide asseruit. Tum proba-  
 to consilio Venerabilis Wala Socium ei  
 adjunxit Nonnum Witmarum mona-  
 chum veteris - Corbejæ, jussitque in ab-  
 sentia Ansharii, Gislemarum virum bo-  
 nis operibus probatum cum Herioldo  
 remanere.

Paratis omnibus Ansharius & Wit-  
 marus navigio se committunt, in Sue-  
 ciam transmissuri. En vero, cum vix  
 dimi-

dimidium viæ confecerunt, in piratas offendunt, qui post conflictum cum mercatoribus, navis illius dominis, navem & omnia in ea contenta diripiunt, ita ut viris Religiosis vix terram contingere & pedibus fugam corripere licuerit. Adeoque munera regia quæ in Sueciam deferebant, & quadraginta circiter codices, quos ad Divinum Officium celebrandum collegerant, amiserunt, paucis rebus exceptis, quas ad terram fugientes secum asportare potuerunt. Verum nihilo commotior S. Anscharius, cum alii reverti suaderent, in Dei providentia confusus iter pedibus persequi non destitit.

Sæculum IX.  
A. C. 829.

Igitur longissimum & arduum iter conficiunt navigio tantum interjacentia freta prætergressi. Tandem perveniunt Bircam illa tempestate Sueciæ Emporium, in quadam Insula duorum dierum itinere ab Upsala distitam, ubi hodie Holmia est; nam vetus illa urbs occidit.

Hent. Chr.  
clau. lib. 1.  
c. 8. Adam  
l. 1. c. 16.  
Baudrand.  
Lexic.

Rex, cui nomen *Bern* seu Biornus, comperta per Legatos a se in Franciam missos adventus eorum causa, hospites perbenigne excepit. Habito deinde cum suis Optimatibus consilio Rex eis in Regno suo manendi & prædicandi Christi Evangelii potestatem fecit; quod opus Cælo favente aggressi sunt. Maxima fuit multorum ex captivis Christianis

S. Anscharius.

Sæculum IX. nis lætitia, quod tandem Sacra Myſteria  
 A. C. 829. percipere liceret, & prædicatores omnia  
 vera eſſe, quæ Legati Sueciæ ad Impera-  
 torem detulerant, cognoverunt.

Suecorum aliqui Baptiſmum, quem  
 exoptabant, receperunt, quos inter He-  
 rigarius, Bircæ Præfectus, Regis Conſilia-  
 rius & familiaris, Sacri Baptiſmatis fonte  
 ablutus eſt, Fidei Catholicæ ſincerus  
 dein Cultor, qui in fundo ſuo Eccleſiam  
 fabricavit, & omnibus pietatis operibus  
 deditus in Fide conſtantiffime perfevera-  
 vit.

Anſcharius & Witmarus per dimi-  
 dium annum in Suecia verſati, & ad Lu-  
 dovicum Auguſtum reverſi cum literis,  
 ut mos illius Nationis ferebat, regia ma-  
 nu ſcriptis, retulerunt, quam copioſam  
 Gratiam a Deo accepiffent, & qua ratio-  
 ne via ad convertendos Gentiles eſſet  
 aperta. Imperator his auditis lætiſſimus  
 animum adjecit ad erigendam in illis Im-  
 perii ſui finibus Sedem Episcopalem, quo  
 infideles facilius converterentur, & Con-  
 verſi firmius in fide ſtarent. Tunc igi-  
 tur aliqui ex familiaribus fideliffimi Lu-  
 dovico in mentem reduxerunt, Caro-  
 lum Imperatorem parentem ipſius, Sa-  
 xonia domita, & fundatis compluribus  
 Cathedris Episcopalibus extremam illius  
 Provinciæ partem, qua ſeptentrionalem  
 Albiſ fluvii plagam ſpectat, deſtinaffe ad  
 fundan-

fundandam sequente tempore Sedem Archiepiscopalem, unde fides in proximas Infidelium regiones propagari posset. Carolus Magnus ibi Ecclesiam consecrari iusserat a quodam Episcopo Gallia, constitueratque Presbyterum, nomine Heridacum nulli vicinorum Episcoporum subditum. Quin imo propositum sibi habebat jubere, ut Episcopus ordinaretur; sed hoc factum mors antevertit.

Sæculum IX.  
A. C. 829.

Cum Ludovicus Caroli Successor, omisso Patris consilio, quorumdam precibus aures accommodans illam Provinciam ultra Albim positam inter duos Episcopos proximos, Willericum Bremensem & Heligaldum Verdensem divisisset, nunc pensata parentis sui voluntate, vidensque quantum fides apud Danos & Suecos dilataretur, consentientibus in frequentissimo Conventu Episcopis, Hamburgi erexit Sedem Archiepiscopalem, cui tota Ecclesia Nordalbingensium, id est populorum ad septentrionalem oram Albis fluvii habitantium & reliqua regionum Septentrionalium subjicerentur, quo Episcopi & Presbyteri mittendi essent. Ergo Anscharium solemniter a Drogone Episcopo Metensi Archiepiscopum jubet consecrari, presentibus tribus Archiepiscopis, Ebbone Remensi, Hettone Trevirensi, Autgaro Moguntino & pluribus aliis Episcopis etiam Verdensi

Episcopus  
Hamburgensis.



Sæculum IX. densi & Bremensi, qui huic ordinationi  
 A. C. 830. interfuerunt, quo minus de eorum con-  
 sensu dubitari posset. Hæc agebantur  
 anno Salutis octingentesimo trigesimo,  
 & ætatis Anscharii trigesimo. Drogo  
 Coint. an. Ludovici Imperatoris frater, Caroli Ma-  
 830. gni filius, ex una uxorum suarum, quas  
 postremis temporibus accepit, natus, ex  
 anno octingentesimo vigesimo sexto Epis-  
 copus Metensis, cum S. Anscharium or-  
 dinavit, erat in Palatio Archicapellanus,  
 qua dignitate Archiepiscopus præcede-  
 bat. Cum Diœcesis Hamburgensis par-  
 va esset, & Barbarorum incursionibus  
 exposita, addidit Monasterium Gallie  
 Turholtense hodie in Flandria situm, at-  
 que ut institutio Sedis Hamburgensis eo  
 magis stabiliretur, S. Anscharium cum  
 duobus Episcopis & uno Comite ad pe-  
 tendam a Gregorio Papa Confirmatio-  
 nem Romam misit.

Ebbo Archiepiscopus Remensis  
 curam Missionis Danicæ, quam susce-  
 perat, nequitiam abjiciens, petiit,  
 ut a Pontifice (\*) Legatus regionum se-  
 ptentrio-

Sup. XLVI.  
 §. 50.

(\*) Interpres noster Protestans, utpote rerum  
 Ecclesiasticarum studiosus, haud dubie notave-  
 rit, missos fuisse viros Apostolicos, qui in Ger-  
 mania, Belgio, Dania, Suecia Fidem Christi præ-  
 dicarent, secundum illa dicta S. Pauli: *Quomo-  
 do ergo invocabunt, in quem non crediderunt?*  
 aut

ptentrionalium cum Anschario consti-  
 tueretur, & deinde collatis hac super Le-  
 gatione consiliis necessarium existima-  
 runt, ut Episcopus aliquis in Suecia re-  
 sideret. Itaque consentiente Imperatore a-  
 liquem ex propinquorum suorum numero  
 nomine Gausbertum Episcopum ordina-  
 ri curat, & tam ex suis Bonis quam ex  
 Regiis omnia abunde conferens, quæ ad  
 Ministerium Ecclesiæ erant necessaria,  
 tan-

Sæculum IX.  
 A. C. 830.  
 vit. S. Ansch.  
 n. 21.

*aut quomodo credent ei, quem non audierunt?  
 quomodo autem audient sine prædicante? quo-  
 modo vero prædicabunt, nisi mittantur.* Et post  
 pauca: *Sed dico nunquid non audierunt? &  
 quidem in omnem terram exivit sonus eorum.*  
 ad Rom. X. Jam quæritur, a quo missi sint vi-  
 ri illi, qui in Dania, Suecia & Germania Fidem  
 Christi prædicarunt? plane, ut nos Historia Ec-  
 clesiastica docet, missi erant ab Ecclesia Romana  
 & Summis Pontificibus. Atqui jam illa ætate  
 Papa Romanus erat Antichristus, ut aliqui ex  
 Protestantibus loqui & scribere non verentur.  
 Ergo Fides Christi permittente Deo a Legatis  
 Antichristi in omnes provincias invecita est?  
 Profecto ejusmodi Protestantes, si veritatem  
 quærerent, prudentius inferrent: ergo, utcun-  
 que abusus Romanam Ecclesiam sædaverint, &  
 vitia quorundam Romanorum Episcoporum per-  
 sonas maculaverint, nihilominus sequitur, quod  
 sola Ecclesia Romana Catholica vera sit, & Ro-  
 mani Pontifices, S. Petri Successores, soli Prima-  
 tum in ea teneant.

Saeculum IX. A. C. 830. tanquam Vicarium suum dimittit in Sueciam, ut Legatione a Sacra Sede sibi commissa fungeretur. Ab Imperatore quoque obtinuit, ut Gausberto Monasterium ab ipso in *Wedel* fundato pro loco refugii concederetur. Ausbertus in sua Ordinatione Simon dictus; uti olim Willibrordo Clementis & Winfrido Bonifacii nomen, cum ordinarentur, inditum est. Cum deinde in Sueciam pervenisset tam a Rege quam populo honorifice exceptus Ecclesiam construere & Evangelium publice prædicare coepit, augebaturque in dies Fidelium numerus.

## §. XXXII.

*Theophilus Imperator Catholicos persequitur.*

*post. Theoph. lib. II. n. 28. lib. III. n. 1. Sc. 10.* In Oriente Michael Balbus Imperator prima Octobris anno octingentesimo vigesimo nono Indictione octava, postquam sceptrum tenuisset annis octo & novem mensibus, vivendi regnandique finem fecerat, eique successerat filius Theophilus, qui annis duodecim imperavit. Is sub Regni auspicia maximum Justitiæ imo & Religionis amorem præsetulit; sed non multo post, apertius quam parens suus, se sacrarum imaginum hostem professus, eas non solum coli, sed etiam pingi aut servari prohibuit. Ergo picturæ

picturæ in Ecclesiis rursus delentur, & Sæculum IX.  
 Sanctorum loco simulacra animalium, A.C. 830.  
 aviumque efformantur. Plurimæ ima-  
 gines publice flammis traduntur, carce-  
 res implentur viris Catholicis, pictori-  
 bus, monachis, Episcopis. Nullos au-  
 tem atrocius quam monachos Imperator  
 insectabatur; prohibuit, ne civitates in-  
 trarent, nec ruri conspicerentur, unde  
 multis fame pressis & rerum omnium  
 subsidio destitutis moriendum fuit. Ali-  
 qui interim vestem mutarunt, ut tuto in  
 lucem prodire liceret, animum in suo In-  
 stituto perseverandi retinentes. Alii in  
 teporem extremum lapsi sunt. Itaque  
 Monasteria facta sunt Monachorum ibi  
 perseverantium sepulchra, aut Sæcula-  
 rium tecta. Porro in omnibus pagis con-  
 stituti erant ab Imperatore quæstores, ut  
 injunctas multas exigent a cunctis, qui  
 Sanctas imagines nolebant abjicere.

*vit. S. Joan.*  
*4. Nov. c. 47.*  
*post. Theoph.*  
*n. 5.*

At vero Theophilus Imperator nec  
 Theodoram uxorem, nec Theodistam so-  
 crum suam eo adducere potuit, ut cul-  
 tum imaginum desererent. Erant Theo-  
 philo quinque filiæ, quibus avia sæpius-  
 cule ad se vocatis, datis munusculis,  
 blandiebatur, tum dilapsa familia solas  
 nacta exhortabatur, ut Hæresim patris  
 sui constanter rejicerent, & tota vita sua  
 Sanctas imagines venerarentur. Hæc  
 dicens, suas icones, quas in cista custo-

*Hist. Eccles. Tom. XI. S die-*

Sæculum IX. diebat, proferebat & ad os deductas oscu-  
 A. C. 830. labatur. Quadam die Imperator ex fi-  
 liabus quæsiuit, an suavis esset & jucun-  
 da avia, & quæ dona ab ea accepissent.  
 Omnium natu minima, nomine Pulche-  
 ria, *dulcissima*, inquit, *poma nobis apposuit*.  
 Tum numerum & genus explicat, & pu-  
 ellari simplicitate, quæcunque viderat,  
 effutens, *habet etiam*, ait, *in cista ma-*  
*gnam copiam puparum, quas capiti impo-*  
*nit, & osculatur*. Intellexit Imperator  
 quid rei hoc esset; dissimulavit tamen,  
 quoniam verebatur socrum, & ejus ob-  
 jurgationes pertimescebat. Nam ea  
 Theophilo anili libertate loquebatur, &  
 publice arguebat, quod Catholicos per-  
 sequeretur. Denique ipsa prope sola au-  
 debat exprobrare, quantum cuncti ejus  
 sævitiam averfarentur. Ipse tunc nihil  
 movit, contentus cavere, ne filia tam  
 frequenter ac antea ad aviam inviserent.

Verfabatur in Regia homo ridiculus  
 & pusillæ staturæ, cui nomen Denderis.  
 Is suis ineptiis risum non nunquam Im-  
 peratori movebat. Aliquando cellas  
 Theodoræ Imperatricis temere ingressus  
 vidit eam Sacras imagines osculantem &  
 devotionis causa ori admoventem. Per-  
 contatur quid hoc esset & ad eas conspi-  
 ciendas proxime accedit. *Sunt*, dixit  
 Imperatrix, *pupæ meæ elegantissimæ*. Illi-  
 co Denderis ad Imperatorem digreditur  
 tunc

tunc mensæ accumbentem, atque inter-roganti, unde veniret, dixit, se a suavissima Matre sua redire (hoc nomine Imperatricem compellare solebat) quam elegantissimas pupas, subter cervicali absconditas, producentem vidisset. Asscutus est Imperator, quid diceret, atque, mensa remota, ira ardens ad Imperatricis conclave gressum præcipitat, convicia ingerit, idolorum Cultricem appellat, & quid sannio domesticus ad se detulisset exprobrat. Illa, *non est*, inquit, *Domine, quod putas. Ante speculum stabamus ego & puellæ meæ, viditque stultus ille vultus nostros, quos reddebat.* His dictis Imperatorem mitigavit, & Denderim virgis haud perfunctorie castigari jussit, ut exinde de elegantissimis pupis filere disceret.

Non defuere viri Catholici, qui contra Imperatoris molimina Sacras Imagines constanter defenderent, quos inter Monachi ex Monasterio S. Abraham emicuerunt. Monstrabant ex Testimonio Patrum, præsertim S. Dionysii, S. Hierothei, S. Irenæi, vitam Monasticam non esse novum inventum. Atque ut probarent, imagines a temporibus Apostolorum fuisse receptas, referebant, vultum Sanctæ Virginis a S. Luca in tabella depictum, & Jesu Christi imaginem, quam ingenti prodigio ipse linteo impref-

Sæculum IX.

A. C. 830.

Theodora  
Imperatrix.*ibid. n. 2.*

Sæculum IX.  
A. C. 830.

pressisset. Nemo enim erat illa ætate, qui hæc facta in dubium vocaret. Imperator ea libertate offensus varie excruciatos Constantinopoli eiecit. Ipsi in loca Ponto Euxino vicina confugerunt, ubi ex vulneribus (quippe flagris immanem in modum cæsi fuerant) decesserunt. Corpora eorum diu insepulta nihilominus servata, & post hæc honore Reliquiis Martyrum exhiberi solito culta sunt.

*n. 13. V.*  
*Bolland. 23.*  
*Febr. to. 5.*  
*p. 392.*

Theophilus Imperator maxime in pictores, qui imagines effingebant, furorabat. Hinc quemdam Monachum, nomine Lazarum, tunc illius artis peritissimum, postquam eum nec blanditiis nec minis a sententia dimovere potuisset, flagris tam crudelem in modum concidit, ut fluente sanguine carnis quoque partes avellerentur, & nemo crederet, ejus vitam conservari posse. Nihilominus, cum in carcere vires utcunque recepisset, Sanctos pingere denuo cœpit. Hac re ad Imperatorem delata præcepit, ut ejus utriusque manus volæ laminis ferreis candentibus exurerentur, quo facto tortores semivivum relinquunt. Tandem Imperatricis aliorumque virorum magna auctoritate pollentium precibus datum, ut e carcere dimitteretur. Ille ad Ecclesiam S. Joannis *Phoberos* confugit, ibique latuit. Quamvis vero acceptis plagis manus læsæ essent, pinxit S. Joannis imaginem

ginem, longo post tempore asservatam, qua admota languidi curabantur. Laza-  
 rus compluribus annis Theophilo Impe-  
 ratori superstes fuit.

Sæculum IX.  
 A. C. 830.

§. XXXIII.

*Seditio in Ludovicum Imperatorem.*

In Francia contigit, ut Ludovicus Impe-  
 rator animi imbecillitate fortem prope  
 inauditam sibi conscisceret. Cum ex Er-  
 mingarde prima uxore sua tres filios su-  
 scepisset, eos omnes Reges nominavit, Lo-  
 thario primogenito ad societatem Impe-  
 rii adlecto Italiam dedit, Aquitaniam Pi-  
 pino natu secundo, & tertio, cui nomen  
 Ludovicus, Bavariam. At matre ipso-  
 rum elata, Juditham duxit, quæ ei anno  
 octingentesimo vigesimo tertio filium  
 quartum peperit, dictum Carolum. Igi-  
 tur huic quoque Mater regnum quære-  
 bat, eique Ludovicus Imperator anno  
 octingentesimo vigesimo nono sub Regni  
 nomine illam provinciam, quæ tunc Ale-  
 mannia dicebatur, nimirum Regiones,  
 quas Rhenus superior alluit, Rhœtiam,  
 & Burgundiæ partem dedit, Lothario &  
 Ludovico præsentibus, qui in eam rem  
 consentire videbantur. Quin imo pol-  
 licitus est Lotharius, se Caroli Defenso-  
 rem futurum. Verum brevi eum pro-  
 missi poenituit, & Imperator seu verius  
 Juditha, ut partes suas contra filios pri-  
 mo

Sup. lib.  
 XLVI. §.  
 27.

Theog. c. 35.  
 Nithard. l. I.  
 Astron. an.  
 829.  
 Ann. Egin.  
 829. vit. Wa.  
 læ. n. 7. to 5.  
 Ad. SS.  
 Ben. p. 496.



Sæculum IX. mo thoro natos firmaret, ad Regiam vo-  
A. C. 830. cavit Bernardum Comitem Barcinonen-  
 sem & limitibus illis Hispaniæ præfectum  
 S. Guilielmi Gelonensis filium, quem Lu-  
 dovicus Imperator Cubiculariorum præ-  
 fecti munere, quod tunc temporis in Pa-  
 latio erat præcipuum, auxit.

Bernardus vastæ ambitionis homo &  
 ad violenta consilia arripienda proclivis  
 contentionem inter patrem & filios fo-  
 vit, & complures proceres a suis amovit  
 officiis, plerisque Optimatum invisus.  
 Tanta ei cum Imperatrice familiaritas,  
 ut illiciti commercii suspicio apud ple-  
 rosque nasceretur. Imo brevi ad seditio-  
 nem manifestam ventum est. In vere  
 anno octingentesimo trigesimo cum Im-  
 perator loca mari adjacentia peragraret,  
 Britanniam petens, Pipinus Rex Aquita-  
 niæ valido cinctus exercitu usque Paris-  
 ios & inde usque Vermeriam obviam  
 egressus est. Ludovicus Imperator vi-  
 ribus inferior dimisit a se Bernardum, qui  
 fuga elapsus Barcinonam pervenit, Judi-  
 tham uxorem Lauduni in Monasterio Do-  
 minæ Nostræ inclusit, & ipse Compen-  
 dium se recepit. Pipinus interea Regi-  
 nam in conspectum suum perducere jubet,  
 quæ mortis metu pavida promisit, se ve-  
 lamen monasticum accepturam, & Impe-  
 ratori persuasuram, ut & ipse monasti-  
 cum habitum amplecteretur. Tum ad  
 Impe-

*Ann. Met.*

829.

*Astron. Ann.*

*Bertin. 830.*

Imperatorem deducitur, qui ei potestatem fecit Monacham profitendi, sibi vero tempus dari postulavit ad deliberandum, an expediret sibi comam præscindi. Porro Juditha Pictavium perducta, & in Monasterio S. Crucis custodiae data, advenit Lotharius & tandem etiam Ludovicus Rex Bavariae. Tum tribus filiis Compendii praesentibus mitiora Patrens suggestit consilia, professus, non improbari a se, quae acta essent, & promittens, se impofterum nullum gravioris momenti negotium excluso ipsorum consilio peracturum. Igitur illa aestate Ludovicus nomen quidem Imperatoris retinuit, quamvis tota auctoritas penes Lotharium esset. At vero mense Octobri ejusdem anni octingentesimi trigesimali Comitibus celebrata sunt Noviomagi, ubi Ludovicus Imperator Germaniae proceribus strenue ejus partes tuentibus pristinam potestatem recepit. Tunc autem prius nihil habuit, quam ut Hilduinum Abbatem in exilium mitteret, quod contra Imperatoris praecipitum militari manu succinctus ad illum Conventum venisset. Missus est in Saxoniam, ubi aliquamdiu in Monasterio Corbejae novae mansit. Wala quoque antiquae Corbejae Abbas relegatus; nam & ipse ad seditiosorum partes accesserat, quod sibi persuasum haberet, vera esse, quaecun-

Saeculum IX.  
A. C. 830.

vit. *Wala*  
c. 10.

*Astron.*  
Comitia  
Noviomag-  
gensia.

Sæculum IX. que de Juditha & Bernardo ferebantur,  
 A. C. 830. atque hunc virum vitæ Imperatoris infi-  
 diari. Relegatus est autem ad lacum Ge-  
 nevensem, & in specum inaccessibilem  
 detrusus. Dum ibi morari cogitur, Pa-  
 schasius Monachus amicus ipsius & se-  
 cretorum conscius ad eum mittitur, qui  
 ab ipso culpæ confessionem eliceret. At  
 Wala non commisit, ut sua sententia  
 damnaretur innocens; simplici enim &  
 recto animo crediderat, alia ratione rem-  
 publicam salvari non posse, quam si Ber-  
 nardi tyrannis excuteretur. Ad Mona-  
 sterium nigrum in Insula *Hero* subinde  
 deportatus, & tandem ad Corbejense  
 suum Monasterium dimissus est.

Jesseum Episcopum Ambianensem,  
 qui inter Duces illius seditionis haberi  
 non veritus fuerat, Noviomagi congrega-  
 ti Episcopi deposuerunt. Ceterorum ve-  
 ro reorum judicium ad Comitia mense  
 Februario sequente celebranda, differen-  
 dum esse existimarunt. Interim in hoc  
 Conventu omnes arbitrati sunt, Judi-  
 tham Imperatricem contra fas a Ludovi-  
 co Imperatore marito abstractam secun-  
 dum Canones, & auctoritate Gregorii  
 Papæ, Principi esse reddendam. Hinc  
 conjectura est, Gregorium Papam hac  
 super re fuisse consultum. Juditha illi-  
 co revocatur, & ad Imperatorem redit,  
 ea tamen conditione adjecta, ut in pro-  
 xime

xime futuris comitiis compareret, & cri-  
mina sibi objecta dilueret, eo usque au-  
tem Imperator honores suæ Dignitati  
competentes non concederet. Comititia  
illa celebrata sunt Aquisgrani mense Fe-  
bruario anno octingentesimo trigesimo  
primo, ut præstitutum fuerat. Juditha in  
conspectum Imperatoris & filiorum ipsius  
ingressa est, quæ sivitque populus, an ali-  
quis esset, qui vellet eam accusare. Ne-  
mine se movente ipsa edito juramento de  
omnibus sibi objectis juxta legem Fran-  
corum se purgavit. Tum rei, qui No-  
viomagi custodia traditi fuerant, judica-  
ti; visumque est omnibus, esse morte  
dignos. Verum Imperator vitæ gratiam  
fecit, satisque bono Principi fuit præci-  
pere, ut in diversis locis custodirentur,  
Clerici autem in Monasteriis includeren-  
tur. Imo eodem anno complures liber-  
tati restituit.

## §. XXXIV.

*Paschafii Ratberti initia.*

Inter has turbas & Wala Abbate in exi-  
lio degente Paschasus Ratbertus Tra-  
ctatum suum de Corpore & Sanguine  
Domini nostri celebratissimum scripsit.  
Is a prima ætate in Monasterio Nostræ  
Dominæ seu Sanctæ Virginis Sueffione  
beneficio Sanctimonialium illarum, qui-  
bus gratum animum quoad vixit exhi-  
buit,

*Mabill. in  
præf. to. 6.  
§. 1. n. 4.*

Sæculum IX.  
A. C. 831. buit, educatus, & per Tonsuram Deo consecratus, deinde tamen ad Sæculum rediit, & diu inter Sæculares moratus est. Tandem in Monasterium Corbejense se recipiens, Adalhardi senioris Abbatis disciplinæ se tradidit, ibique in Studiis scientiarum ita profecit, ut deinde Confratres suos docendi muneri admotus maximam apud omnes laudem adeptus fuerit. Quamvis vero in litteris humanis esset doctissimus, singulari tamen cura Sacræ Scripturæ & Patrum lectioni vacabat, jamque priusquam ad Dignitatem Abbatialem fuisset promotus, in Festis solemnibus Evangelium Congregationis suæ Fratribus explicabat, & nihilominus nunquam ab officio Divino aliisque Instituti Monastici exercitiis aberat, sed solum quod sibi supererat tempus & quasi furtivas horas suis lucubrationibus dabat, maxime cavens, ne unquam otiosus esset.

*Sup. lib.*  
*XLVI. §.*  
*7.*

Paschasium Magistrum suum complures Discipuli illustrem reddiderunt, quorum numerum augent Adalhardus junior, qui in Regimine Abbatia Adalhardo seniori successit, S. Ansharius postea Archiepiscopus Hamburgensis, Hildemanus & Odo, ambo Episcopi Bellovacenses, & Waranus Abbas Corbejæ novæ. Ipse Ratbertus ad fundandum hoc Monasterium operam suam junxit, eoque pergentes anno octingentesimo vigesimo

simo secundo Adalhardum Abbatem & Sæculum IX.  
 Walam fratrem ipsius comitatus est. A. C. 831.

Anno octingentesimo vigesimo sexto, *Sup. lib.*  
 cum Adalhardus inter vivos agere desi- *XLVI. §.*  
 isset, a Congregatione Corbejæ veteris 50.

delegatus ad Regiam profectus est, ut  
 confirmationem electionis Walæ ab Im-  
 peratore obtineret. Illis diebus, qui-  
 bus in aula versatus est, cuidam ex pro-  
 ceribus sciscitanti, cur tantæ severitatis  
 virum elegissent, respondit, illum eligen-  
 dum esse viæ ducem, qui ceteros in iti-  
 nere præcedere soleret. Eum Ludovi-  
 cus Imperator in Saxoniam misit anno  
 octingentesimo trigesimo primo (tunc  
 forte cum S. Ansharius Prædicationem  
 in Septentrionalibus partibus susciperet)  
 atque sæpius exinde ad componendas  
 tum Ecclesiarum tum Monasteriorum cau-  
 sas adhibuit. Denique Wala Abbas tan-  
 ti faciebat Ratbertum suum, ut sine ipso  
 vix negotium quodquam perficere, vix  
 iter quoquam suscipere posset. Talis  
 erat Ratbertus Monachus, qui cognomi-  
 ne Paschasius dici voluit, secutus exem-  
 plum virorum doctorum sui Sæculi, qui  
 nomini proprio barbaro cognomen lati-  
 num conjungebant.

§. XXXV.

*Tractatus Paschasii de Eucharistia.*

Paschasius anno circiter octingentesimo  
 trige-

Sæculum IX.

A. C. 831.

*Mabill. ibid.**præf. n. 16.**Paschas. prolog.*

trigesimo S. Adalhardi Abbatis sui vitam scripsit, & anno sequente composuit Tractatum suum de Evcharistia rogatus a Discipulo suo Warino, cognomento Placido, qui antea Monachus Corbejæ veteris, tunc Abbas erat novæ, & S. Adalhardo anno octingentesimo vigesimo sexto successerat. Hoc opus contexit Paschasius stilo humili, ut illis serviret, qui litteras humanas necdum didicissent, nempe Monachis Corbejæ novæ, & eo potissimum consilio, ut facilius erudirentur Saxones adolescentes, illius Monasterii alumni. Hinc doctrinam suam comparabat lacti, quod infantibus præberi solet. Procul abest ab hac Dissertatione omnis contentio, sed est pure dogmatica. Paschasius in ea Doctrinam Ecclesiæ simpliciter exponit, nec alios errores perstringit, nisi leviter quorundam hominum incredulorum & malorum Christianorum ignorantiam, aut veterem Hæresim, nova enim nulla circa hanc materiam existerat. Tria præcipue docet; Eucharistiam esse verum Corpus & verum Sanguinem Jesu Christi, Substantiam panis & vini post consecrationem non (\*) superesse, sed adesse idem illud

Cor-

(\*) Veritatis Catholicæ testis invictus! Guilielmus Cave in Conspectu Sæculi Photiani dicit:

Corpus, quod de Virgine natum. Id in *Sæculum IX.*  
 ipso libri exordio diserte affirmat in hunc *A. C. 831.*  
 modum: *Licet figura panis & vini hic* *c. I. p. 1555.*  
*sit, omnino nihil aliud, quam Caro Christi*  
 &

cit: *Primus qui carnalem & corporalem Christi in Sacramento præsentiam publice proponere & audacter defendere ausus est, fuit Paschasius Rathbertus Corbejensis, qui edito libello asserere non erubuit, peracta consecratione substantiam panis & vini mutari in veram Christi carnem, verumque ejus sanguinem; illam ipsam nempe carnem, quam de utero Virginis tulit Dominus, quaque passus est, & resurrexit. Sed en, Scriptoris hujus ex Anglia (cujus in Viros Orthodoxos petulantia eruditionem, etsi magna sit, multum superat) vel impudentiam vel ignorantiam! nam S. Martyr Ignatius ab initio secundi Sæculi in Epistola ad Smirneneses de Ecclesiæ Doctrina circa Eucharistiam loquitur in hunc modum: De oratione & Eucharistia non participant (Hæretici) quia negant Eucharistiam esse Domini nostri J Esu Christi carnem, eam ipsam, quæ pro peccatis nostris passa est, & quæ per Bonitatem Patris resuscitata. Fleurus Lib. III. §. 10. ne quid, brevitatis studio, de testimoniis SS. Patrum in sequentibus Sæculis dicam. Dicit deinde Cave in Articulo, Paschasium Rathbertus, Bellarminum fateri, quod Paschasium esse primum Auctorem, qui serio & copiose scripserit de veritate Corporis &c. Eique succinere satis ingenue Jacobum Sirmondum, dicentem:*  
*Genui-*



Sæculum IX. & *Sanguis post consecrationem dicenda &*  
A. C. 831. *credenda sunt. Et ut mirabilius loquar,*  
*non alia plane Caro, quam quæ nata est de*  
*Maria, in Cruce passa, & de sepulchro*  
*resurrexit.* Ex his tria consequentia  
 6. 2. 4. 9. 4. eruit. Scilicet, Christum quotidie vera-  
 citer, sed in Mysterio, immolari, Eucha-  
 ristiam & veritatem esse & figuram, de-  
 nique digestionem & secessui non esse ob-  
 noxiam.

*Genuinum Ecclesiæ Catholicæ sensum ita primus explicuit, ut viam ceteris aperiat &c.* At plane Cardinalis Bellarminus & P. Sirmondus nihil aliud fatentur, quam Paschasium clarius ceteris & ex instituto Materiam de Eucharistia pertractasse. Nec istud est Historiam totam Ecclesiasticam de Doctrina Catholica & Hæresibus pervolventi novum aliquid vel inauditum, sed quod in omnibus Fidei Articulis, de Jesu Christi Divinitate, de Processione Spiritus Sancti a Filio, de duabus Jesu Christi voluntatibus & Operationibus contigit, dum nempe Scriptores Catholici posteriores Doctrinam Ecclesiæ clarius & distinctius exposuerunt. Hæc Cavei argutio similis est, ut ovum ovo, impudentissimæ criminationi Juliani Apostatæ cum dixit, ceteris Evangelistis tacentibus S. Joannem primum ausum fuisse mentiri, quod Jesus Christus sit verus Deus. \* Quia nempe ceteris Evangelistis clarius Jesu Christi Divinitatem expressit. In fine adthol. Sup. dit Cave: (Paschasio) *se statim opposuerunt Rabel. XV. §. 45. banus Maurus, Bertramus vel Ratramus Corbejensis, Joannes Scotus Erigena.* Respon-  
 Tom. IV. deo;

noxiam. Præsentiam porro realem ita  
asserit, ut, si quis non credat, impio de-  
teriore pronunciet.

Sæculum IX.  
A. C. 831.

c. 20. p. 1606.

c. 12. p. 1589.

c. 3. Et ib.

Sirm.

Dicit Paschasius in alio loco, Sacra-  
menta Jesu Christi esse Baptismum, Chris-  
ma, & Corpus & Sanguinem Domini.

Sed noluit hic Sacramenta accurate enu-  
merare; aliqua vero in exemplum me-  
morat, quod ad ipsius institutum suffice-  
bat. Rursus dicit, Jesu Christi Carnem  
quo-

deo: Epistola Rabani Mauri ad Egilonem Ab-  
batem Fuldensem, de qua mentionem facit Ca-  
ve, jam dudum evanuit, ut ipse fatetur. Et fir-  
ma præsumptio est, eum in verbis tantum & ex-  
plicatione, non vero in Summa Doctrinæ de Præ-  
sentia vera a Paschasio discrepasse.

Ratramus non dicebat, ab Adversariis suis  
aliquid negari, quod esset de fide credendum,  
scilicet præsentiam realem, sed eos in modo ex-  
plicandi sibi ipsis contradicere. Ut infra Lib.  
XLIX. §. LII. videbimus. Explicatio autem Jo-  
annis Erigenæ ab Ecclesia non est recepta, &  
in Concilio Vercellensi anno 1050 damnata.

Ceterum novissimus Catholicæ Veritatis de  
Præsentia Reali Christi in Evcharistia Defensor  
R. P. Martinus Kropff Benedictinus Mellicensis  
& ibid. Bibliothecarius Librum edidit sub Titulo:  
*Der entlarvte Mede*, in quo illum ipsum hujus  
Mede Tractatum a Fleurii Interprete nostro Pro-  
testante Tomo primo versionis suæ insertum & a  
me Animadversionibus Germanicis anno 1757.  
castigatum, solide & erudite refutat.

Sæculum IX. quotidie in Sacramento Altaris creari  
 A. C. 832. in eo nempe sensu, quod ibi existere in-  
 cipiatur. Testes suæ Doctrinæ S. Cyprianum, S. Ambrosium, S. Hilarium, S. Augustinum, S. Joannem Chrysostomum, S. Hieronymum, S. Gregorium, Hefichium, & Bedam adducit.

c. 4.

## §. XXXVI.

*Tractatus Amalarii de Officiis Ecclesiasticis.*

*Mabill. in ord. R. c. 1. Id. c. 12. n. 2. Præf. alt. Amal. & de ord. antiph. c. 58. Prolog. Antiph.* Eodem anno octingentesimo trigesimo primo Amalarium, Ecclesiæ Metensis Clericum, & exinde Chorepiscopum Lugdunensem Romam misit Ludovicus Imperator, cui Amalarium anno circiter octingentesimo vigesimo amplum Tractatum de officiis Ecclesiasticis in quatuor libros divisum inscripserat. Cum Romæ versaretur, Ministros Ecclesiæ S. Petri consuluit, & multa utilia ex eorum responsis colligens, operi suo ultimam manum apposuit, alteramque editionem in lucem emisit. Superfunt tamen etiam exemplaria primæ editionis, unde diversitas inter primam & secundam dispici possit. Præterea in illa commemoratione in urbe postulavit a Gregorio IV. Antiphonaria, & dicenti, id sibi ab Imperatore in mandatis datum, respondit Papa, nulla sibi esse Antiphonaria, quæ mittere posset, quia Wala, cum ali-

quan-

quando Legatus Principis adfuisset, ea deportasset in Franciam. Hæc ipsa deinde Amalarius in Monasterio Corbejensi invenit, iisque cum Antiphonariis, quæ in Francia erant, collatis, ansam arripuit, alterum opus de hac materia concinnandi. Item compendium officii Missæ secundum ordinem Romanum ab Amalario habemus. Ibi nominatur Amalherus, & de eo tanquam Abbate mentio fit; nam a veteribus non nunquam Abbas appellatur.

Sæculum IX.  
A. C. 831.

Baluz. to. 2.  
Capit. p.  
1352.

Illud Amalarii opus eo præcipue tendit, ut de precibus & Ceremoniis in officio Divino occurrentibus ratio reddatur, & sæpe moratus est in argumentis mysticis, quorum aliqua fundamento satis solido destitui videntur. Nihilominus vero hujus viri labor nobis utilissimus est, ex quo certi reddimur, preces in Missa & in horis fuisse easdem ipsas, quæ in Sacramentario & Antiphonario S. Gregorii visuntur, & quas hodieque recitamus, cæremonias autem tales fuisse, quales antiquus ordo Romanus exhibet. Ita ut Amalarii scripta pari valeant auctoritate ac aliquod Manuscriptum genuinum, quod esset anno octingentesimo trigésimo exaratum.

Amalarius in sua præfatione dicit, duas tresve diversas Missas celebratas fuisse in Dominicis, in quas aliqua Sancto-

*Hist. Eccles. Tom. XI.*

T

rum

Sæculum IX. rum Festa incidebant, quibusdam vero  
A. C. 831. satis fuisse Sanctorum commemoratio-  
 nem facere adjecta collecta. Ostendit  
 in Formulis Missæ omne orationis genus

Missarum di- comprehendi. Dicit, illam orationem,  
 versi Ritus. quæ in Missis Quadragesimæ Postcom-  
 munionem sequitur, esse Benedictionem  
 illorum causa subjunctam, qui non com-  
 municaverant; quia illo tempore non  
 omnes singulis diebus Missæ intererant.  
 Per ordinem deinde de omnibus Missis  
 differit, initium ducens a Septuagesima,  
 & refert omnes introitus, Epistolas, Ev-  
 angelia, quæ nos hodieque recitamus.

*Lib. I. c. 7.* In Quadragesima notat illos dies, in qui-  
 bus quidquam singulare observatur, &  
 primo diem Mercurii post Quinquagesi-  
 mam, qua Fideles incipiunt jejunare,  
 & Missa habetur ad Nonam, cum aliis  
 temporibus ad Tertiam celebretur. Tum  
*Menard. in* conjicit, quod omnino ita erat, quatuor  
*Sacr. p. 52.* dies ante Dominicam primam Quadra-  
 gesimæ tempore S. Gregorii fuisse adjun-  
 ctos, ut numerus dierum quadragenarius  
 impleretur.

*c. 8.* Rursus singulare aliquid occurrit die  
 Mercurii quartæ hebdomadæ in Quadra-  
 gesima, quo in Missa lectio una & unum  
 Responsorium adjiciuntur, cujus rei cau-  
 sam esse dicit Amalarius, quod illa die  
 inter septem Scrutinia præcipuum insti-  
 tuatur. Nempe illa die Presbyteri digi-  
 tis

tis suis aures & Catechumenorum tan-  
 gunt, iisdem explicantur initia quatuor  
 Evangeliorum, & quinam illorum Au-  
 ctiores sint, aperitur, tum etiam oratio-  
 nem Dominicam & Symbolum accipiunt,  
 quæ in Sabbato Sancto pronuncient.  
 De his Scrutiniis, seu de examine Cate-  
 chumenorum fusius egimus, ubi de Sa-  
 cramentario S. Gelasii sermo fuit. In

Sæculum IX.  
 A. C. 821.

Sup. lib.  
 XXX. §.  
 c. 9.

Sacramentario legitur, Sabbato ante Do-  
 minicam Palmarum Papam eleemosynas  
 solito largius distribuiffe; quod ideo in-  
 stitutum fuisse putat Amalarius, ne me-  
 moria illius mulieris periret, quæ Jesu  
 Christi pedes sexta ante passionem suam  
 die unxit.

In Cœna Domini complura singularia  
 observantur. Gloria Patri non canta-  
 tur, & non pulsantur campanæ, quod  
 etiam sequente biduo non fit. Olea tri-  
 plicis generis consecrantur, scilicet, San-  
 ctum Chrisma, oleum Catechumenorum,  
 & oleum infirmorum. Corpus Domini  
 Nostri servatur in alteram diem. Com-  
 mune convivium in memoriam Cœnæ  
 Domini agitur. Fratrum pedes & Eccle-  
 siæ pavementum lavantur. Nudantur  
 altaria, & tandem poenitentes Absolutio-  
 nem recipiunt. Officium in Parasceve  
 idem erat, ac hodie celebratur, adoratio  
 Crucis disertis verbis refertur, & contra  
 aggressores, qualis erat Claudius Tauri-  
 nensis,

c. 13. 14.

T 2

nensis,

Sæculum IX. nensis, defenditur. Hic dicit Amalarius, A. C. 831. se ab Archidiacono Romano accepisse, in illa Ecclesia, in qua Papa Crucem adoraret, nemini Communionem præferri. Hunc morem universalis deinde Ecclesia recepit. In Sabbato Sancto non celebrabatur Missa, quia in sequentem noctem differebatur, & S. Hieronymus tanquam rem a Traditione Apostolorum acceptam refert, in Vigilia Paschæ non fuisse licitum ante mediam noctem dimittere populum. Eadem die Archidiaconus Romanus faciebat *Agnos Dei* ex cera & oleo, quos Papa benedicebat. Hi deinde in octava Paschæ post Communionem in populum distribuebantur ad eos cremandos, unde domus odore aromatico implerentur. In vigilia Paschæ mos erat Catechumenos in nocte baptizare, sed in Vigilia Pentecostes ad Nonam, id est hora post meridiem tertiam. Hæc pauca sufficient ut Lector pius & rerum Ecclesiasticarum studiosus cognoscere valeat, quantam utilitatem Amalarii libri alique similes ad Cæremoniarum Ecclesiasticarum Sanctitatem & antiquitatem demonstrandam afferant; nam etiamsi daremus, non ante annos nongentos extitisse, magnam certe venerationem mererentur, nunc vero constat eas ante annos nongentos fuisse antiquissimas. Ceterum Amalarius in Libro primo

c. 15.

v. Mabill.

comm. ord.

R. c. 12. n. 2.

c. 17.

Lib. IV. c.

28.

mo agit de Missis totius anni, in secundo de Ordinationibus & Clericis, in tertio explicat Missam quotidianam, & in quarto tam diurna quam nocturna officia.

Sæculum IX.  
A. C. 831.

§. XXXVII.

*Agobardus Lotharium calamo defendit.*

Interim funesta jurgia inter Ludovicum Imperatorem & filios gliscebant. Nam Ludovicus Judithæ uxoris suæ (antiquum malum) blanditiis obsequens, jam uni jam alteri filiorum, prout impellebatur, favebat. Regnorum divisionem mutaverat, & Lothario Augusti nomen ademerat. Jamque hinc Patris inde filiorum exercitus ad bellum proficiscentes totum Imperium turbabant. Tunc vero Agobardus, Archiepiscopus Lugdunensis, Ludovico Imperatori scripsit in hunc modum: *Fidelis subditi officium exposcit, ut si Dominum suum in periculo versari sciat, eundem promptissime admoneat. Testem invoco Deum, scrutatorem cordium, nulla alia re me moveri, ut tibi scribam, quam quod vehementissime, & plus quam verbis explicare possim, doleam, salutem tuam, maxime animæ, in extremum discrimen esse adductam.* Tum Imperatori in memoriam reducit, quanta industria Lotharium, filium suum natu maximum, in societatem Imperii adlegerit, nimirum

*Epist. Fleb.*  
*to. 2. p. 42.*

*Sup. lib.*  
*XLVI. §.*

T 3 post



Sæculum IX. post jejunia & preces, ut facilius Dei vo-  
luntatem posset cognoscere. Subjungit  
A. C. 831.

*Ex eo tempore Mandata Cæsarea semper  
nomen utriusque præferebant, & nunc pro-  
positum abjicis, quin Deus tibi vel per An-  
gelum, vel per Prophetam, vel per se ipsum  
revelaverit, quod pæniteat ipsum, elegisti*

1. Reg. 15. *bunc Principem sicut indicavit Samuel,  
quod Saul rejecisset. An melius consilium  
ex te ipso hausisse existimas, quam illud  
prius, quod Cælum tot precibus exoratum*

e. 6. *suggererat? (\*) Mala quæ elapso anno  
ex hac animi mutatione evenerunt, depre-*

e. 7. *mus, & merito timemus, ne Deum tibi  
confessum habeas. Ut enim nihil dissimula-*

Theg. c. 42. *mus, hæc promissa diversa & sibi contra-*  
Astron. ann. *ria cum jurejurando multis non proban-*  
832. Nit- *tur, & levitas tua palam vituperatur.*  
hard. lib. 1. *Ceterum annus, in quo hæc ita se habere*

*Astron.*

*re dicit, & in quo epistolam istam scripsit Agobardus, octingentesimus trigentesimus tertius fuisse creditur, quo hinc parentis & inde filiorum agmina in campos exhibant.*

Lotharius ex Italia veniebat, atque ut causam suam patrocínio firmaret, itineris comitem acceperat Gregorium Pa-

(\*) Satis laconice hic Agobardus. Ceterum poterat utique Ludovicus Imperator & Pater Lotharium filium sibi subditum in societatem Imperii adsciscere, & rebellem punire.

pam, qui inter patrem & filios pacem re-  
 duci posse sperabat. Et hæc fuit mate-  
 ria alterius Agobardi ad Ludovicum Im-  
 peratorem epistolæ, cujus istud est exor-  
 dium: *Mandata dedisti, ut ordo uterque*

Sæculum IX.  
 A. C. 831.

*De compar.  
 utriusque to.  
 2. p. 48.*

*Ecclesiasticus & militaris in his Reipubli-  
 cæ motibus hic ad pugnam, ille ad consi-  
 lium paratus sit.* Scilicet Imperator Co-  
 mitia convocaverat, in quibus nihil in-  
 tentatum relinqueretur, quo jurgia inter  
 Patrem & filios sine prælio & sanguine  
 tollerentur. At Agobardus credidit sibi  
 non expedire, ut ad illa Comitia se con-  
 ferret, satisque ei visum, scribere hanc  
 epistolam, in qua adductis verbis S. Leo-  
 nis, Pelagii & Anastasii Auctoritatem Pa-  
 pæ mirum in modum extollit, & deinde  
 subjungit: *Si Gregorius Papa eo animo  
 ad te venit, ut abjectis pacis consiliis di-  
 micet, repelli meretur; si vero venit, ut  
 pacem reducat, & ea, quæ aliquando tua  
 Auctoritate & totius Imperii consensu  
 acta sunt, atque a Sacra Sede confirmata,  
 restituat, æqua postulat, obedire te oportet,  
 nec sine culpa reluctari potes.* Cum  
*Paschali hoc tempore litteras accepissem  
 a Papa ad me datas, quibus jejunia & pre-  
 ces nobis injungebat, ut Deum mitigare-  
 mus, & impetraremus auxilium, quo fir-  
 matus Pontifex, in Regnum tuum pacem  
 & in Regiam Domum concordiam redu-  
 cere valeret, illis perlectis intimis visceri-*

c. 4.

c. 5.

Sæculum IX. *bus commotus, manus meas ad Jesum Chri-*  
 A.C. 833. *stum Dominum nostrum levavi vebemen-*  
*ter exoptans, ut sine sanguinis effusione*  
*præsens tumultus sedaretur. Et infra:*  
 c. 7. *Nemo dubitat, Domine, te sine compara-*  
*tione pluris facere Regnum Cælesti quam*  
*terrenum; nihil vero magis gratum Deo*  
*agere potes, quam amissam pacem populis*  
*dare.*

## §. XXXVIII.

*Gregorius Papa in Francia.*

*vit. Walæ.* Postquam Summus Pontifex in Fran-  
 c. 14. *ciam pervenit, ipsius & Principum,*  
 apud quos erat, nomine mittuntur, qui  
 Walam Abbatem Corbeja adducerent,  
 cujus consilia ad conciliandam pacem uti-  
 lissima credebantur. Ipse repugnans e  
 Monasterio pedem efferre volebat; sed  
 ad extremum cessit Fratrum precibus, di-  
 centium, missos a Principibus milites  
 vim ei illaturos comminari. Itaque co-  
 mitante Ratberto perrexit in Alsatiam,  
 quo Ludovicus Imperator jam prius men-  
 se Majo se contulerat, & ubi etiam Prin-  
 cipes filii cum Papa commorabantur.  
 Episcopi Ludovico Patri adherentes da-  
 ta ad Papam epistola querebantur, quod  
 non vocatus advenisset, & accusabant,  
 quod fidem Imperatori juratam violas-  
 set. Cumque percrebuisset rumor, Gre-  
 gorium adesse, ut ipsos excommunica-  
 tione

*Astron.*

tione feriret, respondebant, non esse Pa-  
 pæ potestatem ipsis invitis in ipsorum

Sæculum IX.  
 A. C. 833.

Dioecesebus quemquam excommunicandi, nec de aliqua re decernendi, & si eos contra Canones excommunicaturus veniret, ipsum excommunicatum abiturum. Imo ipsum se deposituros minabantur. At Papam perterritum Wala & Ratbertus confirmarunt, exhibitis ei Patrum testimoniis, quod potestate sibi a Deo tradita posset ire vel mittere ad prædicandam fidem omnibus nationibus, & procurandam Ecclesiarum pacem, ipsumque esse omnium Judicem quin a quoquam ipse judicari posset. Conjectura est, iisdem suadentibus Gregorium ad Episcopos Ludovico Imperatori faventes dedisse epistolam, in qua potestatem Ecclesiasticam supra Sæcularem extollit, dicitque, ipsos in his rerum Articulis potius sibi quam Imperatori obedire oportuisse. *Si fidem, inquit, Imperatori juravi, eam fidelius servare nequeo, quam si pacem restituo. Et vos, vos inquam perjurii rei, quomodo ejusdem criminis me accusare potestis? id vero meminervitis, vos, si ab Ecclesia Romana recesseritis, Schismaticos futuros.* Epistolas utrinque stilo tam acerbo scriptas ad conciliandos animos nihil contulisse, haud sane mirum est.

vit. c. 16.

ap. Agob. to.  
 2. p. 53. to. 7.  
 Conc.

Ludovicus Imperator missis ad filios  
 Delegatis, quorum Princeps erat Bernar-

Astron.

Sæculum IX. A. C. 833. dus seu Bernarius Wormatiensis, quare  
 re eos iussit, cur Papa ad se venire cun-  
 ctaretur, & an simili affectu ac Anteces-  
 sores ejus in Imperatorem ageretur, at-  
 que ut filios ad reditum permoveret, mi-  
 sit etiam sex articulos, in quibus admo-  
 nebat refractarios, quod filii sui essent,  
 & vasalli, qui fidem jurassent Patri & Re-  
 gi. Querebatur præterea, quod se au-  
 ctoritate Defensoris Sacræ Sedis priva-  
 tum vellent, cum Papam quasi captivum  
 detinerent. Lotharium vero insimula-  
 bat, quod aliis defectionis auctor effec-  
 erit. Respondit ad omnes articulos Lotharius,  
 magnam Parentis reverentiam & submis-  
 sionem in speciem professus, & asserens,  
 non odisse se patrem, sed malos, quibus  
 obsideretur, consiliarios; se vero arma-  
 tum advenisse, non ut quemquam læde-  
 ret, sed se ipsum tueretur. Et similia,  
 quæ rebelles omnes ad excusandam sedi-  
 tionem afferre solent.

Tandem Papam dimisit ad Patrem,  
 qui venienti consuetos honores non ex-  
 hibuit, nemo Hymnum præcinuit, nemo  
 laudavit, nemo acclamavit. Dixit ve-  
 ro Imperator: *Ideo hæc tibi eveniunt,  
 quia non venisti vocatus sicut Prædecesso-  
 res tui ad Prædecessores nostros.* Sciat  
 velim, inquit Papa, *nulla alia ex causa me  
 venisse, quam ut pacem reducam, pacem,  
 quam præ rebus omnibus Salvator Noster  
 nobis*

*nobis commendavit.* Cum Papa per dies aliquot cum Ludovico Imperatore fuisset, & alter alterum donis cumulasset, rediit ad Lotharium necdum spe abjecta, concordiam inter Patrem & filium revocari posse.

§. XXXIX.

*Ludovicus Imperator desertus ab omnibus.*

**M**ense Junio exeunte Ludovici parentis & filiorum ipsius exercitibus per vastissimos campos inter urbes Basileam & Argentoratum effusis, & in conspectu stantibus, Lotharius sparsis in plurimos muneribus, pollicitationibus, minis, effecit, ut ex paternis castris his comitones trahentibus illis sequentibus copiæ ferme omnes ad se, Imperatore deserto, deficerent, illa ipsa nocte, qua reversus fuerat Papa, cui non amplius ad patrem redeundi potestatem fecit. Ludovicus intelligens, se a suis proditum, ad paucos, qui sibi ad ultimum adhæsuri erant, conversus dixit; nolle se optimis sane & fortissimis viris exitii causam esse, & concessit in castra filiorum, qui venientem magna veneratione profecuti sunt. Illico autem Juditha uxor ab ipsius latere avulsa, & Ludovici Regis Bavariæ custodia tradita. Lotharius Patrem Imperatorem cum Carolo adolescente fratre suo

Sæculum IX.  
A.C. 833.

*Astronom.*

*Thegan.  
c. 42.*

decenni

Sæculum IX. decenni in illam castrorum partem, quibus ipse præerat, deduci jubet, & in tabernaculo separato detineri. Ne tantæ perfidiæ memoria periret locum illum, in quo hæc contigerunt, posteri campum mentitum appellarunt.

Tunc vero ex Papæ Procerumque omnium opinione Ludovicus tanquam Dignitate Cæsarea privatus haberi cepit, eaque ad Lotharium delata, qui consentiens fidelitatis juramentum ab omnibus recepit. (\*) Mox nova inter tres fratres Lotharium, Pipinum & Ludovicum Imperii divisio facta. Walz nec Ludovici Depositio, nec nova divisio probabatur, cumque sentiret, sua consilia vilipendi, in Italiam ad Monasterium Bobiense se recepit. Papa iter Romanum ingressus est, ingenti animi dolore pressus, quod tristissimam sortem, qua indignus erat, parens a filiis ferre cogebatur. (\*\*) Cum Papa discessisset, tribus fratribus in diversa abeuntibus, Juditha abducitur ad Dertonam in Longobardia, Imperator Ludovicus Sueffionem deportatur, & in Monasterio S. Medardi includitur,

to. 7. Conc.  
p. 1571.  
Mabill. to. 3.  
Annal. pag.  
277.

(\*) Hic si non jure saltem facto depositus videretur Ludovicus,

(\*) P. Natalis in Dissertatione in hoc loco probat Summum Pontificem defectioni filiorum a Patre non favisse.

ditur, Carolus mittitur in Monasterium Prumiense sed intonsus relinquitur. Lotharius vero Comitibus Generalia, Compendii prima die Octobris inchoanda, denunciat.

Sæculum IX.  
A. C. 833.

In illo tumultu Agobardus, apologia publice edita, asserbat, Lotharium & ipsius Fratres rem præclaram gessisse, quod armorum præsidio parentis Palatium criminibus infame purgassent. In ea malorum omnium causam Juditham esse affirmat, quam accusat, quod fidem conjugalem marito & Imperatori datam violaverit, & filium ex prima uxore susceptum persecuta sit. Dicit, ante triennium, æquitate id postulante, criminum conscios e Regia pulsos & ipsam in Monasterium detrusam, nec postea Ludovico licuisse eam denuo recipere. Queritur, quod subditi ad præstandum juramentum priori contrarium præsertim Regis Caroli adolescentis bono compulsifuerint, & Imperator in Subditos populos & filios exercitus immiserit, quibus adversus barbaras nationes ad promovendam earum conversionem secundum intentionem Ecclesiæ uti debuisset. In hunc enim sensum Agobardus explicat orationem illam, quam hodieque in Parasceve pro Rege recitamus. In Apologia autem, ubi de Imperatore loquitur, semper dicit: *Ludovicus olim Imperator,*  
præ-

Apolog. to. 2.  
p. 61.



Sæculum IX.  
A.C. 833.

præsumens, eum legitime exauctoratum, & concludit inferendo, Ludovico pœnitentiam subeundam esse tum ob tot mala ipsius socordia exorta, tum ob conniventiam & dissimulationem vitiorum in uxore. Denique restare, ut se sub potenti manu Dei humiliet, & æternam gloriam in votis habeat, postquam honores hujus Sæculi amisisset.

## §. XL.

*Ludovici pœnitentia coacta.*

*Astron.*

His argumentis animi parabantur ad ea patienter accipienda, quæ deinde in Comitibus Compendii Acta fuerunt; quippe Lotharius aliique suæ factionis Duces, cum viderent in illo Conventu omnes Ludovici optimi Principis commiseratione tangi, veriti, ne vicissim populi ab ipsis deficerent, crediderunt, extrema esse arripienda remedia, quo Parenti nulla amplius regnandi spes superesse posset. Ergo statuerunt Ludovico Imperatori pœnitentiam publicam injungere, ut sic a vitæ militaris civilisque societate in perpetuum excluderetur.

*Thegan.*  
*c. 44.*

Hujus consilii Auctores fuere Ebbo Archiepiscopus Rhemensis, Agobardus Lugdunensis, Bernardus Viennensis, Bartholomæus Narbonensis, Jesseus Ambianensis postquam restitutus fuisset, Elias Tre-

Trecensis, & Hereboldus Antiffiodo-  
rensis.

Sæculum IX.  
A.C. 833.

Lotharius Compendium secum deduxerat parentem suum, ad quem miserunt Episcopos, ut ipsum ad obediendum sententiæ contra se, & quidem inauditum, pronunciatae permoverent. Scilicet, in Monasterium migrare jubebatur, & reliquos vitæ dies ibi latere. Respuit primum rem indignam Imperator; sed tandem, cum Episcopi mitissimum Principem monitis & increpationibus fatigare non desinerent, consensit, ut publice pœnitentiam reciperet. Ita-  
*Theg.c.43.*  
que præstituta die, eodem mense Octobri anno octingentesimo trigesimo tertio, Indictione duodecima inchoata, Ludovicus in Ecclesiam Dominæ Nostræ Sueffionensis (\*) deducitur, ubi S. Medardi & S. Sebastiani corpora quiescebant. Aderant Episcopi congregati, Ebbone utpote illius Provinciæ Metropolitana Duce, maxima quoque Clericorum circumstabat frequentia, præfens erat Lotharius cum Proceribus permultis, & tanta, quantam Ecclesia capere poterat, populi

*Att. depos.  
to.7. Conc. p.  
1686.*

(\*) P. Natalis Alexander in Dissertatione II. ad hoc Sæculum fusissime probat Episcopos in Conventu Compendiensi Imperatorem nec voluisse nec potuisse deponere. Urbs Sueffionensis non procul aberat a Compendiensi.

Sæculum IX. populi multitudo admiffa fuerat. Tunc  
A. C. 833. in terram cilicio stratam coram altari se  
 demittens Ludovicus publice confessus  
 est, quod munere suo indigne functus  
 ad delendas culpas suas publicam pœni-  
 tentiam peteret; monentibus Episcopis,  
 ut Confessionem ederet illa magis sine-  
 ram, quam olim, id est, anno octingen-  
 tesimo vigesimo secundo Attiniaci pro-  
 nunciasset.

*Sup. Lib.*  
*XLVI. §. 46*

**Conventus**  
**Compen-**  
**dientis.**

*Sup. Lib.*  
*XLVI. §. 35*

Tenebat Ludovicus manu sua char-  
 tulam, ab Episcopis sibi datam, summam  
 reatum suorum continentem, & primo  
 quidem, reatum Sacrilegii & Homicidii,  
 eo quod juramentum parenti suo sole-  
 mni ritu præstitum violasset, fratribus &  
 propinquis vim intulisset, & Nepotem  
 suum (nempe Bernardum Regem Italiae)  
 necari permisisset. Secundo, quod Au-  
 ctor fuisset scandali, & pacis perturba-  
 tor, cum pactum divisionis Regnorum  
 inter filios suos communi consensu om-  
 nium fidelium Subditorum initum fregis-  
 set, & juramenta prioribus contraria  
 exegisset. Tertio, quod nulla poscente  
 necessitate in Quadragesima milites ad  
 bellum in campos exire iussisset, & Co-  
 mitia in partibus extremis sui Imperii ad  
 Cœnam Domini indixisset, unde populi  
 murmurassent, & Episcopis Officia Ec-  
 clesiastica celebraturis impedimentum  
 positum fuisset.

Hic

Hic sermo est de itinere Ludovici an-  
no octingentesimo trigesimo in Britan-  
niam suscepto, & Comitii apud Rhedo-  
nes indictis. Quarto, quod complures  
fidissimorum suorum Subditorum moni-  
ta salutaria adversus insidias inimicorum  
ipsius suggerentes pessime habuisset,  
bonis privasset, præsentes in exilium e-  
jecisset, absentes ad mortem conde-  
mnasset, immunitatem Presbyterorum  
& Monachorum læsisset, & Prætores ad  
iniqua Judicia impulisset. Hic articu-  
lus accipiendus est de Seditiosis anno o-  
ctingentesimo trigesimo in Comitii Neo-  
magensibus pœna affectis.

Sæculum IX.  
A. C. 833.  
Ann. Met.  
Bert.

*Sup. n. 32.*

Quinto, quod ansam dedisset ad com-  
plura Sacramenta sibi contraria præstan-  
da, ad dicenda falsa testimonia, & ad  
absolvendas quasdam foeminas culpabi-  
les. Istud præcipue in Juditham cadit.  
Sexto, quod non nunquam expeditiones  
militares imperasset non solum inutiles,  
sed etiam perniciosas, non expetito suo-  
rum consilio, unde orta essent crimina  
innumerabilia, cædes, perjuria, sacrile-  
gia, adulteria, latrocinia, incendia domo-  
rum Ecclesiarumque, quorum omnium  
reatus in ipsum, utique auctorem, ca-  
deret. Septimo, quod imprudens suo  
solius arbitrio & in Reipublicæ detri-  
mentum Regna divisisset, & jurisjuran-  
di Sacramenta contra filios suos veluti

Ludovicus  
Imperator  
confiteretur.

*Hist. Eccles. Tom. XI.*

U con-

**Sæculum IX.** contra hostes infensissimos recepisset, quos sua auctoritate in pace confirmare debuisset. Tandem quod nuper omnes populos sibi subjectos convocasset, eo consilio, ut in interitum ruerent, quod malum optimus Deus inaudito prodigio avertisset. Istud accipiendum de bellico tumultu ejusdem anni in Alsacia; nam Lotharii assentatores defectionem subitam militum, qui patrem secuti fuerant, non sine miraculo cœlitus edito evenisse jactabant.

*vit. Walæ*  
c. 18.

Ludovicus se horum omnium, quæ supra memorata sunt, reum confessus chartulam suæ confessionis Episcopis tradidit, quam ipsi super Altare posuerunt. Tum cingulum militiæ depositum infra Altare projecit, & habitu Sæculi se exuens habitum pœnitentis suscepit. Episcopi manus imposuerunt, & preces consuetas, quando peccatori pœnitentia Ecclesiastica injungebatur, recitarunt.

*Lib. Agob.*

His ita gestis placuit, ut unusquisque Episcoporum quomodo hæc res acta fuisset propriis Chartulis infereret, quas sua manu apposita roboraret, & Lothario ad memoriam hujus facti offerret. Tandem omnium istarum chartularum summa in unum congereretur, & singuli subscriberent Episcopi.

Habe-

Habemus commentarium Agobardi, Sæculum IX.  
 atque etiam Actorum generalium sum- A. C. 833.  
 mam præmissa præfatione, in qua dilau-  
 dant Episcoporum Ministerium & pote-  
 statem ligandi solvendique, qua ut Vi-  
 carii Jesu Christi præditi sunt. Memo-  
 rant deinde, felicissimum sub Carolo Ma-  
 gno Regnum sub Ludovico ipsius filio  
 nutasse & ad ruinam impulsam. Di-  
 cunt, Ludovico potestatem Cæsaream  
 justo Dei Judicio subito fuisse ademptam.  
 Nempe militum defectione, qua ante  
 trimestre Ludovicus Imperator prodi-  
 tus fuerat. *Nibilominus*, subjungunt E-  
 piscopi, *mandatorum Dei & Ministerii*  
*nostri memores credidimus, opus esse, ut*  
*permittente Lothario Imperatore ad Lu-*  
*dovicum viros mitteremus, qui eum de*  
*peccatis suis monerent, hortarenturque,*  
*ut Salutis suæ curam gereret, ne po-*  
*testate terrena privatus animæ quoque*  
*suæ jacturam faceret.* Ajunt deinde,  
 quod Lothario filio suo sit reconciliatus,  
 & referunt pœnitentiæ susceptæ modum,  
 prout modo narravimus. Notandum ad  
 hæc Acta, Episcopos Compendii con-  
 gregatos non voluisse Ludovicum Impe-  
 ratorem deponere, utpote quem ante  
 trimestre Imperio dejectum credebant.  
 Hinc eum non Imperatorem sed Domi-  
 num Ludovicum nominarunt, aut Vi-  
 rum venerandum, nec ei coronam, nec

An Ludovi-  
 cus fuerit  
 depositus.

Sæculum IX. alia Imperatorum insignia ademerunt  
A. C. 833. sed eum pro viro privato habuerunt  
 ma gerente, quæ ut deponeret, iusse-  
 runt, quod iis cingi secundum pœni-  
 tentiæ Ecclesiasticæ leges non amplius  
 liceret. Istud in Canone duodecimo  
 Concilii Niceni & in articulo quinto E-  
 pistolæ Decretalis S. Siricii ad Himerium  
 statutum fuerat. At vero sensus genui-  
 nus horum Canonum est, quod pœnite-  
 ti, illo solum tempore, quod ipsi ad com-  
 plendam pœnitentiam præscribitur, mi-  
 litare non liceat, & hunc sensum ipsi  
 Franciæ Episcopi receperant, cum mi-  
 tare cingulum eidem Ludovico non ad-  
 emerunt, post completam pœnitentiam  
 publicam, cui se in Conventu Attinia-  
 censi submiserat. Multo minus credere  
 debuissent, quod hanc secundam pœni-  
 tentiam subiens propterea summa prin-  
 cipis potestate exueretur, quam post pe-  
 actam primam retinuerat. Nec etiam  
 istud asserebant, sed Ludovicum jam an-  
 te Conventum Compendiensem tam  
 Regia quam Cæsarea Dignitate priva-  
 tum præsumebant. At rursus, pœniten-  
 tia Attiniaci suscepta primum articulum  
 Confessionis, quam scriptam Ludovico  
 nunc tradiderunt Episcopi, nullius esse  
 roboris ostendebat; siquidem iterum Ber-  
 nardi necem, aliaque errata commemo-  
 rarunt, pro quibus expiandis pœniten-  
 tiam

*Sup. L. XI.*

*§. 12.*

*L. XVIII.*

*§. 34.*

tiam primo compleverat. Atqui divi-  
 næ humanæque leges unum peccatum Sæculum IX.  
 A. C. 833.  
 bis puniri vetant. Mirum itaque non  
 est, quod omnia in Conventu Compen-  
 diensi acta brevi post tempore nulla  
 fuerint declarata, & a tota sequente po-  
 stteritate execrata. Ipsos Episcopos &  
 Proceres, qui adfuerunt, tanto facinore  
 erubuisse credibile est, nullus enim eo-  
 rum in illis actis nomen apponere ausus  
 est.

Ceterum hic advertere Lector pot-  
 est, hoc secundum esse valde memora-  
 bile exemplum, Episcopos objecta spe-  
 cie pœnitentiæ injunctæ adversus Pote-  
 statem Sæcularem viribus majora atten-  
 tasse. Primum est illud quod Episcopi Sup. Lib.  
 XL. §. 29.  
 Hispaniæ in Concilio Toletano duode-  
 cimo adversus Wambam Regem moliti  
 sunt, ut suo loco retuli.

§. XLI.

*Scientiarum Studia inter Musul-  
 mannos.*

Eodem anno octingentesimo trigesimo Elm.l.2. c.8.  
 p. 138.  
 tertio, Hegiræ ducentesimo decimo Sup.l.XLV  
 octavo, die Jovis, decima nona mensis  
 septimi, quæ hoc anno in nostrum men-  
 sem Julium incidebat, e vivis abiit Al-  
 mamon, postquam regnasset annos vi-  
 ginti, menses septem & dies tredecim.

U 3

Sub



Sæculum IX. Sub ejus Imperio, cum litterarum & vi-  
A C. 833. rorum doctorum esset amantiſſimus, Mu-  
 fulmanni ſcientias excolere cœperunt. Superioribus temporibus Muſulmanno-  
 rum Doctrina eo abſolvebatur, ſi legem Mahometis & linguam patriam didiciſ-  
 ſent, tumque medicinæ ſcientiam a limi-  
 ne ſalutaſſent. Hic litterarum ſtatus ſub  
 Califis ex familia Ommiadum fuit. Al-  
 manzor ex genere Abbasidum ſecundus  
 Philoſophiam & Aſtronomiam addidit.  
 Almamon autem ejus nepos in his ſtu-  
 diis ultra progreſſus, multos ſumptus eo  
 impendit, ut libros raros Syriace & Græ-  
 ce ſcriptos compararet, unde ſcientiæ ex  
 ipsis fontibus haurirentur, rogavitque  
 Imperatores Græcorum, ut ſi quos habe-  
 rent, ſibi mitterent. Conquiſitis libris  
 optimos interpretes accerſivit eosque in  
 linguam Arabicam verti juſſit. Subdi-  
 tis ſuis Auctor fuit, ut ad intelligendos  
 hos libros incumberent, conferens cum  
 ipsis, & eruditis colloquiis præſens. Vi-  
 ros vero doctos fovebat, quamcunque  
 demum Religionem profiterentur. Ipsi  
 viciffim partus ſuos eidem offerre geſtie-  
 bant, unde, ſi quod Cimelium litera-  
 rium inter Chriſtianos Orientales om-  
 nium Sectarum, inter Judæos, Magos  
 antiquos Perſas, aut Indos extaret, in  
 Almamonis Bibliothecam comportaba-  
 tur.

*Abulfarago*  
*p. 160. Bibl.*  
*or. p. 546.*

Quant.

Quamquam Almamon omnes ama-  
ret scientias, singulari tamen cura Astro-  
nomiam excoluit, inventæque sunt post  
ejus mortem tabellæ de motu astrorum  
exinde celeberrimæ, quas ipse sine alio  
quam proprii ingenii subsidio elaborave-  
rat. Habuit etiam complures & peritis-  
simos in Regia sua Astronomos, quorum  
maxima erat existimatio; sed a recto  
tramite aberrantes in Astrologiæ judi-  
ciariæ deliramenta labebantur, putan-  
tes, quod ex variis Siderum stationibus  
eventus futuros possent cognoscere. Hinc  
ex illo tempore antiquissima Superstitio  
vires resumpsit. Porro Almamon cum  
Sectæ *Ali* faveret, regnum tantum non  
amisit. Doctrinam amplexus est Mon-  
tazalensium, Hæreticorum inter Musul-  
mannos mixta Religioni Philosophia sub-  
tilissima docentium, Attributa Dei ab  
ejusdem Essentia non esse distinguen-  
da, (\*) nec dicendum, quod per suam  
Scientiam sciat, aut per suam Justi-  
tiam judicet, sed quod per suam Es-  
sentiam & sciat & judicet. Id quoque  
tradebant, Verbum Dei (id est ipsorum  
Alcoranum) fuisse creatum in aliquo Sub-

Sæculum IX.  
A. C. 833.

Bibl. or. p.  
144.

U 4 jecto

(\*) Quoad hanc assertionem non fuissent  
rejiciendi hi Philosophi; nam sanæ Theologiæ  
consentanea est. Quin imo, ita Deus maxime  
ab omni ente creato distinguitur, atque ut a-  
ctus purissimus concipitur.

Sæculum IX. jectō, quod ceteri Musulmanni increa-  
 A. C. 833. tum esse & æternum credebant. Alma-  
 Elm. p. 136. mon autem edito in lucem Decreto affe-  
 ruit, Alcoranum esse creatum, atque *Al-*  
*li* post Mahometem esse Creaturam Dei  
 p. 138. perfectissimam. Itaque Alcoranum ter-  
 tio demum loco ponebat; imo sub Re-  
 gni sui exitum illos, qui hoc Decretum  
 recipere recusabant, male habere co-  
 pit.

Ab eo tempore Musulmanni scien-  
 tiis, nempe Philosophiæ, Mathesi, &  
 Medicinæ, operam dare non cessarunt;  
 majore vero cura aliquas Philosophiæ par-  
 tes, videlicet, Dialecticam, & Metaphy-  
 sicam, ex Mathesi Arithmeticam, Geo-  
 metriam, & Astronomiam, ex Medicina  
 vero Botanicam, & Chymiam excolue-  
 runt. Istarum scientiarum studium ubi-  
 que, qua Musulmanni dominabantur,  
 atque ita etiam per Hispaniam extende-  
 batur. Porro Almamon Califa Succes-  
 sorem habuit fratrem suum Mahometem  
*Almutasem* Aaronis filium, qui annis octo  
 regnavit.

## §. XLII.

*Patriarchæ in Oriente.*

*Sup. Lib.*  
*XLV. §. 56.* Almamone Saracenis imperante, Patriar-  
*Eutyck. p.* cha Melchita Alexandrinus fuit Chri-  
*440. Elm. p.* stophorus, cui, postquam Sedem tenuis-  
*p. 140. Chr.* set annis triginta duobus, successit So-  
*or. p. 109.* phro-

phronius anno Regni Almutasem quar-  
to, id est anno reparatae Salutis octingen-  
tesimo trigesimo sexto, vir doctus & Phi-  
losophiae amans, seditque annis trede-  
cim. Marcus Patriarcha Jacobita Ale-  
xandrinus inter vivos agere desiit re-  
gnante Almamone anno Hegirae ducen-  
tesimo undecimo, Jesu Christi octingen-  
tesimo vigesimo sexto, habuitque Succes-  
sorem Jacobum, qui Sedem tenuit annis  
decem & octo mensibus. Ipso sedente  
Monasteria sub ejus Praedecessore vasta-  
ta restaurata sunt, & Monachi redierunt.  
Jacobitae narrant, ab hoc Patriarcha a  
mortuis resuscitatum fuisse filium cujus-  
dam Praetoris nomine Macarii, qui ter-  
tiam Bonorum suorum partem dedit pau-  
peribus, & Jerosolymis pro peregrinis  
ex Aegypto venientibus Ecclesiam con-  
didit. Dionysius Patriarcha Jacobita  
Antiochenus, cum ad Praefectum Aegy-  
pti venisset, per complures dies in aedi-  
bus Jacobi Patriarchae diversatus est.  
Job Patriarcha Melchita Antiochenus  
adhuc dum inter vivos agebat; Jeroso-  
lymae vero Thomae Patriarchae anno se-  
ptimo Almamonis defuncto successerat  
Basilus, qui Sedem hanc tenuit annis vi-  
ginti quinque. Haec illa tempestate Ec-  
clesiarum Orientalium facies erat.

Saeculum IX.  
A. C. 833.

*Eutych.*  
p. 428.

Sæculum IX.  
A. C. 833.

§. XLIII.

*S. Theodori & S. Theophanis  
ærumnæ.*

*vit. ap. Sur.  
26. Dec. c. 10.*

Constantinopoli Theophilus Imperator Catholicos ob cultum Imaginum persequi non cessabat. Cum præter alios Theodorus Jerosolymitanus ejusque frater Theophanes, quos Michael Imperator Theophili parens verberibus male affectos, quod imagines venerarentur, in exilium ejecerat, ad eum fuissent delati, Theodorus iterato flagris crudelem in modum concisus, una cum fratre in Aphusiam Insulam relegatur. Post lapsum vero duorum annorum eosdem non revocatis aliis in exilio degentibus Constantinopolim accersit; nihil quippe ferventius cupiebat, quam hos duos fratres in suam sententiam pertrahere. Theodorus quid tunc actum fuerit in Epistola ad Joannem Episcopum Cyzicenum narrat in hunc modum:

*Cum ergo ille, qui Imperatoris mandata curabat, in Aphusiam Insulam pervenisset, nos abreptos magna celeritate Constantinopolim deducit, dicens quod causam, cur illuc traberemur, ignoraret. Itaque in Civitatem venimus octava die Julii, & postquam is, qui nos duxerat, Imperatori solus collocutus fuisset, in Prætorio nos includere iussus est.*

*Post*

Post sex vero dies nempe decimo quarto Sæculum IX.  
ejusdem mensis accersimur ad Imperato- A. C. 833.  
rem. Cum causam, cur adduceremur, om-  
nes scirent, nihil aliud videbamus aut  
audiebamus nisi terrores & minas. Ali-  
is dicentibus: Cedite quamprimum, &  
quod jubet Imperator facite, aliis vero:  
Tenentur Dæmonum spiritu, & quædam  
bis pejora. Hora circiter decima (scili-  
cet hora quarta post meridiem) in tri-  
clinium quod dicitur aureum introduci-  
mur, præcedente nos Præfecto, quo dein-  
de ad latus secedente soli in conspectu Im-  
peratoris relinquitur. Is autem, cum  
eum venerati fuisset, terribilis & ira  
accensus aspera voce jussit nos accedere  
propius. Tum interrogat: In quam  
regione nati estis? cumque respondi-  
semus: in Moabitide. Ille rursus: Cur vero  
huc venistis? & priusquam responde-  
mus, vultus nostros verberari jussit. Mul-  
tas autem plagas & graves nobis inflixe-  
runt, qui percutiebant, ita ut circum-  
acti vertigine collaberemur. Etenim nisi  
percutientis tunicam in pectore apprehen-  
dissem in scabellum Imperatoris fuisset  
dejectus; tenens autem vestem plagas su-  
stinui immotus, usque dum Imperator  
jussit eum cessare.

Rursus rogavit Imperator: quam  
de causa huc venistis? Hac vero interro-  
gatione volebat dicere: Cur aliquando in  
hanc

Sæculum IX. *banc urbem venistis, nolentes eandem si-*  
A. C. 833. *dem, quam nos tenemus, amplecti? Cum*  
*nos autem taceremus, & oculos bumi de-*  
*jecissemus, ad Præfectum, qui prope ad-*  
*stabat, torvo aspectu conversus dixit:*  
*Tolle eos, in eorum facie insculpe hos jam-*  
*bos, & trade ambos duobus Sarracenis,*  
*qui eos in patriam suam abducant. Haud*  
*procul stabat aliquis nomine Christodulus,*  
*illorum versuum Auctor, & manu eos-*  
*dem tenens, cui præcepit Imperator ut le-*  
*geret, & adjecit: Etsi non sint elegan-*  
*tes, id tibi non sit curæ. Quidam qui*  
*aderat adulator dixit: Ne digni qui-*  
*dem sunt isti, Domine, ut sint jambi*  
*pulchriores. Versus erant duodecim &*  
*sensus iste: Isti Jerosolymæ degebant,*  
*vasa iniquitatis, superstitiosis erroribus*  
*pleni; illinc abacti sicut Apostata, ad*  
*urbem Imperii confugientes stultitiam*  
*haud reliquerunt nefariam. Quare no-*  
*tati ut malefici damnantur, & ex hac e-*  
*tiam urbe exiguntur.*

Theodorus  
 & Theopha-  
 nes Confes-  
 sores.

post.th. p.66.

Sed Theodorus Epistolæ suæ narra-  
 tionem profequitur in hunc modum: *His*  
*lectis Imperator jussit nos reduci in*  
*Prætorium, quod cum vix ingressi fuis-*  
*semus, adest aliquis jubens nos reverti.*  
*Ergo maxima celeritate iterum sistimus*  
*Imperatori, qui nobis dixit: Verisimile*  
*est, vos cum recesseritis, esse dicturos:*  
*Illusimus Imperatori, sed ego, cum vobis*  
*prius*

prius illusero, dimittam. Cum istud Sæculum IX.  
A. C. 833.  
dixisset jussit nos exui, & ego prior  
verberabar, sic assidue clamante Impe-  
ratore, & eos, qui flagellabant adjuran-  
te: Sic benete in me geris, da pulchre. (\*)  
Ego, cum diu flagris cæderer, vocifera-  
bar: Nihil peccavimus in tuam Majesta-  
tem. Domine miserere! Et iterum:  
Sancta Deipara veni ad nostrum auxi-  
lium! Deinde etiam frater meus pari  
crudelitate verberatur. Et sic ambos,  
quantum volebat, concisos Imperator exi-  
re jussit.

Alius autem rursus egressus ad nos ac-  
currit jubens reverti. Et quidam Quæ-  
stor ab Imperatore missus rogavit: Qua-  
nam de causa morte Leonis Imperatoris  
latati estis, & cur non eandem, ac ipse  
tenebat fidem, tenuistis? Ad hoc nos:  
Neque morte Leonis latati sumus, nec ad  
eum accessimus, neque fidem nostram pro-  
pter vos, qui cum tempore mutamini,  
abjicere volumus. Subjunxit Quæstor:  
non venistis imperante Leone? Nequa-  
quam diximus, sed sub istius Imperatoris  
Prædecessore. (nempe sub Michael Balbo)  
Reducimur in Prætorium, & post qua-  
triduum sistimur Præfecto, qui acerbissi-  
ma minatus jussit, ut obediremus Impe-  
ratori

(\*) Hic Theophili furor magis Carnificem  
decebat, quam Principem.



Sæculum IX. ratori. Respondimus, paratos nos esse  
 A. C. 833. potius mille mortes subire, quam cum Hæ-  
 reticis communicare; sed Præfectus rur-  
 sus ad blanditias conversus ait: Semel  
 solum communicate, nec aliud exigimus.  
 Ego ibo vobiscum in Ecclesiam; ite dein-  
 de liberi, quo placuerit. Ego vero ei di-  
 xi subridens: Simile quid dicis, Domine  
 Præfecte, ut si quis alium rogans dicat:  
 Nihil aliud peto, nisi semel tuum caput  
 amputare, & postea vade, quo velis.  
 Scias ergo facilius fieri posse, ut terra sit  
 sursum & cælum deorsum, quam ut tu  
 nos a vera Religione dimoveas. Tum  
 jussit inscribi nostros vultus. Et cum ad-  
 huc in nobis arderent vulnera ex flagellis  
 accepta, gravesque afferrent dolores, su-  
 per scamna nos extendentes vultui liti-  
 ras insculpebant. Postquam vero longo  
 tempore pinxissent occidente sole & in-  
 gruentibus tenebris inviti cessarunt. E-  
 gressuri deinde diximus: Sciatis, futu-  
 rum, ut nobis hac scriptione notatis  
 promptius portæ Cæli aperiantur, &  
 vobis aliquando exhibeantur legenda hæc  
 litteræ Jesu Christo præsentæ. Fecistis  
 enim in nobis quod antea nullus Tyran-  
 norum, omniumque illorum, qui in Divi-  
 num nostrum Dogma insanierunt, super-  
 rastis scævitiã. Hactenus Theodori E-  
 pistola.

Tum

Tam inhumano novoque supplicio Sæculum IX.  
 tolerato traduntur in carcerem, vultu A. C. 833.  
 adhuc sanguine stillante. Deinde Joanne Patriarcha consilium suggerente mittuntur in exilium Apameam in Bithynia, ubi Theodorus haud multo post tempore senectute & morbis fractus obiit, cumque Imperator prohibuisset, ne eorum corpora sepulturam consequerentur, Theophanes defuncti frater corpus in post. Th. lib.  
 arca lignea asservavit, hymnosque in e- 3. 15.  
 jus laudem concinnavit; quippe, ut illa ferebant tempora, Poeta erat celeberrimus. Michael Syncellus quoque ex Ecclesia Jerosolymitana comprehensus, & diu in carcere cum aliis Monachis detentus.

## §. XLIV.

*Joannes Leconomanta Patriarcha  
 Constantinopolitanus.*

Joannes Leconomanta Antonio Sylæo Th. p. 301.  
 in Sede Constantinopolitana anno  
 Theophili octavo salutis octingentesimo  
 trigesimo sexto (\*) successerat, seditque S. Nic. Chro.  
 annis sex, dictus contemptim a Catholicis *Jannes*, quod nomen uni ex Magis  
 Pharaonis fuerat. Joannem Michael Sup. Lib.  
 Bal- XLVI. §. II  
 S. 43.

(\*) Hic Cardinalis Baronius & Fleurius tam in anno quam in Successione Episcoporum discrepant.

Sæculum IX. Balbus Imperator sibi carissimum, quod  
 A. C. 833. Hæresi suæ faveret, essetque doctissimus,  
 præceptorem dedit Theophilo filio suo,  
 qui eum Syncellum & tandem Patriar-  
 cham creavit. Is Theophilo suis præsti-  
 giis imposuisse fertur, præsertim illo do-  
 lo, quem narrant in hunc modum: Cum  
 ferox Barbarorum natio sub tribus Du-  
 cibus Romanorum fines infestaret, &  
 hæc res Theophilo Imperatori sollicitu-  
 dinem incuteret, ipsum Leconomantia  
 ea industria metu liberavit. Stabat in  
 Circo statua triceps ex ære. Ille viros  
 tres robustissimos, singulos prægravem  
 malleum habentes ad hanc statuam ve-  
 nire jubet, & ipse sub medium noctis  
 vestem sæcularem indutus adest. Tum  
 tenui murmure magica carmina pronun-  
 ciat, quibus trium Ducum inimicorum  
 potentiam & fortunam in hæc tria unius  
 statuæ capita transferri posse credebatur.  
 Mox præcipit viris, ut singuli singula ca-  
 pita cunctis viribus collectis eodem mo-  
 mento percuterent. Duo capita com-  
 minuta ceciderunt, tertium in alteram  
 partem inclinatum, sed a corpore peni-  
 tus non est avulsum. En vero! Impæ-  
 rii hostes subortis rixis dividuntur, &  
 collatis signis duo Duces vincuntur a  
 tertio, qui & ipse accisis viribus tergum  
 dare cogitur.

*Sim. Ma-*  
*gift. n. 12.*  
*2. Tim. 2. 8.*  
*post. Th. 1. 4.*  
*n. 7.*

In illorum temporum Historia ejus-  
 modi facta occurrunt plurima, unde sa-  
 tis exploratur, Græcos Magicis carmini-  
 bus, & præstigiis fidem adhibuisse.

Sæculum IX.  
 A. C. 833.

Arfaber Patricius Joannis Patriarchæ  
 frater, cujus non levis in Regia erat au-  
 ctoritas, arcem ruri habebat in littore  
 Ponti Euxini haud procul ab urbe posi-  
 tam, quo Patriarcha sæpe divertebat.  
 Is porro ferebatur sub fratris domo jus-  
 sisse terram fodi, & aulam commodissi-  
 mam construi, ad quam arcanus aditus  
 erat, atque in hoc Palatium subterra-  
 neum mulieres forma præcipuas & etiam  
 Moniales structis insidiis deceptas per-  
 duci curasse, quibus ad Venerem nefan-  
 dam, quantum vellet, abuteretur, cum  
 iisdem vacasse magicis artibus, anima-  
 lium jecur & labra aquis plena aut mor-  
 tuos, quos revocabat, ut oracula ede-  
 rent, consuluisse. Talis fuit Joannes  
 Patriarcha, hujus nominis sextus.

n. 8.

§. XLV.

*S. Methodius persecutionem pa-  
 titur.*

Methodius Confessor e carceris sui se-  
 pulchro paulo ante mortem Michae-  
 lis Balbi evocatus prodiit similis homini,  
 ab inferis redeunti, calvam crinibus  
 nudam habens, & præter pellem & ossa  
 nulla corporis parte constans. Constan-

Sup. Lib.  
 XLVI. §. 45  
 vit. c. I. n. 6.

*Hist. Eccles. Tom. XI. X tino-*

Sæculum IX. tinopoli deinde versatus in domo priva-  
 A. C. 833. ta mansit, quod nullum Monasterium ab

Hæresi immune invenisset. Cum illis  
 vero Monachis aliisque Confessoribus,  
 qui secum in persecutione passi fuerant,  
 communicavit. Colloquebatur sæpe Vi-  
 ris Senatorii Ordinis, & non nunquam  
 Hæreticis, quorum aliquos eloquentiæ  
 suæ vi, lenitate ingenii, & clarissimis ex  
 S. Scriptura argumentis victos conver-  
 tit. Cum res hæc ad aures Imperatoris  
 Theophili pervenisset, Methodio ad se  
 n. 7. accersito ait: *Quomodo tu post acerbam  
 castigationem vana disputatione ob ima-  
 gines, rem levissimam, turbas excitare  
 non cessas?* Methodius Principi respon-  
 dit: *Si imagines contemptu dignæ sunt,  
 cur tu Domine cum imaginibus JEsu  
 Christi non simul illas, quibus tua perso-  
 na repræsentatur, tollis, ut eo modo, quo  
 JEsus Christus tibi solum honorandus  
 videtur, & tu honoreris? Cur imagi-  
 num tuarum numerum quotidie auges?*  
 n. 8. *cur collapsas erigis?* Nam more anti-  
 quo imagines Imperatorum colebantur.  
 Hoc responso accensus Theophilus Con-  
 fessorem, nudatum usque ad cingulum  
 loris ligari, tumque pectus & dorsum  
 plagis sexcentis laniari jubet. Semivi-  
 vum deinde & totum sanguine perfusum  
 per foramen in subterraneam Palatii  
 cellam detrudit, unde noctu viri pii lan-  
 guentem

guentem eripiunt, & vulnera curant. Sæculum IX.  
 Imperator vero domum illam, in quam A. C. 833.  
 receptus est Confessor, Fisco adscripsit.  
 Nihilominus expertus, quod Methodium  
 cruciatibus a cultu imaginum attrahere  
 non posset, eum lenitate vincere aggres-  
 sus est. Vocatum variis sermonibus  
 tentat simulans gratum sibi accidere,  
 quod ea, quæ contra imagines e Sacra  
 Scriptura objicerentur, resolveret. Tan-  
 dem præcepit, ut in Palatio cum aulicis  
 diversaretur; unde Methodius oppor-  
 tunam occasionem nactus, complures  
 atque etiam ex illis, quorum consuetu-  
 dine Imperator utebatur, veritatem edo-  
 cuit, ipsum Imperatorem eo usque sal-  
 tem mitigavit, ut Catholicos non tam  
 acerbe ac olim averfaretur, nec suæ o-  
 pinioni tanta pertinacia inhæreret. Ex post. Th. l. 5.  
 eo tempore Imperator Methodium a la- n. 24.  
 tere suo nunquam dimisit, eumque etiam,  
 cum ad bellum proficisceretur, secum  
 duxit, tum quod ejus responsis sensim  
 caperetur, tum ne alibi se absente quid-  
 quam movere posset; cum enim sciret,  
 quanta Methodii Constantinopoli tam  
 apud Optimates quam apud ceteros Ca-  
 tholicos esset auctoritas, verebatur, ne  
 propter Imaginum restitutionem seditio-  
 nis auctor existeret.

Sæculum IX.  
A. C. 834.

§. XLVI.

*S. Anscharii Prædicatio.*

*Sup. n. 30. vit. S. Ansch. n. 20. Coint. an. 830. n. 5.* **I**n Occidente cum S. Anscharius Archiepiscopus Hamburgensis secundum mandatum Ludovici Imperatoris iter Romanam suscepisset, Episcopis Rotado Suesionensi, Bernoldo seu Bernalto Argenteratensi, & quodam Comite, cui nomen Geroldus, comitantibus, obtinuit a Gregorio IV. quod petebat, scilicet novi Archiepiscopatus Hamburgensis confirmationem. Præterea Papa Anscharium pronunciavit Legatum suum ad omnes nationes vicinas, Suecos, Danos, Sclavos, aliosque, ubicunque omnipotens Deus viam ad prædicandum Evangelium aperiret, cujus sacri laboris partem etiam injunxit Ebboni Archiepiscopo Remensi, cui hanc Missionem Paschalis Papa ante annos circiter decem commiserat. Illud quoque præcepit Papa, ut Anscharii Successores in Palatio Imperatoris consecrarentur, usque dum Episcopus Hamburgensis Suffraganeos haberet. Pallium vero Anschario & Ecclesiæ ejus in perpetuum concessit. Hæc omnia ex Decreto Gregorii IV. Papæ discimus. S. Anscharius in Franciam reversus Sedis suæ Institutionem Ludovici Imperatoris Literis, Aquisgrani decima quinta Maji anno Regni sui vigesimo

*Sup. Lib. XLVI. §. 50*

*post. vit. S. Ansch. p. 122. ibid. & to. I. Cap. p. 681.*

mo primo, Indictione duodecima scilicet anno salutis humanæ octingentesimo trigesimo quarto datis confirmari curavit. Tum munus Episcopale in nova sua Diœcesi pro virili implere cœpit, multosque paganos eximia virtutis exemplo ad veram Fidem pertraxit. Danorum aut Sclavorum liberos coemebat, captivosque redimebat, qui deinde in agnitione veri Dei educabantur. Horum aliquos in Monasterium suum Turholten- se in Flandria mittebat. Porro quidam veteris Corbejæ Monachi itinerum suorum comites egregiam operam ad propagandam fidem contulerunt. Cum etiam S. Ansharius complures Reliquias quatuor Sanctorum, Episcoporum Remensium, videlicet, S. Sixti, S. Sinnicii, S. Materniani, & S. Remigii, ab Ebbone sibi datas attulisset, illas quæ S. Sixti & S. Sinnicii erant, Hamburgi, ceteras in aliis suæ Diœcesis locis deposuit.

§. XLVII.

*Ludovicus Imperator restituitur.*

Ebbo eodem año octingentesimo trigesimo quarto comprehenditur, & in Abbatia Fuldensi includitur jubente Ludovico Imperatore, qui a Lothario filio pressus post breve temporis spatium pristinam potestatem recuperavit; quippe Ludovicus & Pipinus alii duo filii Impera-

Sæculum IX.  
A. C. 834.

vit. 21.

Adam. lib. I.  
c. 19.



Sæculum IX. toris ad liberandum patrem arma strenue arripuerant, quorum conjunctis viribus imparem se sentiens Lotharius Imperatorem Patrem in Monasterio S. Dionysii in Francia liberum reliquit. His qui apud Ludovicum erant, suadentibus ut summæ Dignitatis insignia statim resumeret, ipse tamen id distulit in alteram diem, quæ erat Dominica secunda Quadragesimæ anno octingentesimo trigesimo quarto. Illa die Ministerio Episcoporum Ecclesiæ reconciliari voluit, & ex eorum manibus recipere gladium, quem sibi abstulerant, non vero coronam, quam a solo Deo acceperat.

Anno sequente octingentesimo trigesimo quinto mense Februario Imperator Theodonis Villæ Comitiam celebravit Conciliis adnumerata, quo Episcopi plusquam quadraginta convenerunt. Præerat vero Drogo Episcopus Metensis tanquam Diocesanus & Archicapellanus, quæ Dignitate brevi abhinc tempore ornatus fuerat, atque honoris causa Archiepiscopus dicebatur. Deinde occurrunt octo Metropolitæ, Hetto Trevirensis, Autgerus Moguntinus, Ragnoardus Rotomagensis, Landranus Turonensis, Aldricus Senonensis, Notho Arelatensis, Ajulfus Bituricensis, & Ebbo Remensis, illuc ex Monasterio Fuldensi deductus. Inter Episcopos ceteris magis noti nobis sunt Frecul-

A. C. 835.

*Astronom.*

*v. Coint. an.  
830. n. 57.  
834. n. 4.*

Freculfus Lexoviensis, Jonas Aurelia-  
 nensis, Erchanradus Parisiensis, Huber-  
 tus Meldensis, Baduradus Paderbornen-  
 sis, Rotadus Sueffionensis, Hildemannus  
 Bellovacensis, Modovinus Augustodu-  
 nensis, Favo Catalaunensis.

Sæculum IX.  
 A. C. 835.

*Narr. Cler.*  
*Rem. Duch.*  
 to. 2. p. 31.

Episcopi congregati nihil prius ha-  
 buerunt, quam ut acta omnia contra Lu-  
 dovicum Imperatorem rescinderent,  
 quæ singuli Episcopi præsentibus datis li-  
 bellis sua manu signatis nulla ac irrita esse  
 pronunciarunt. Tunc omnibus visum  
 ad Civitatem Metensem transeundum,  
 ut Ludovicus restitueretur ritu sole-  
 mniore, si id in Ecclesia Cathedrali fieret.  
 Ibi in Dominica Quinquagesimæ die ul-  
 tima Februarii Drogo Episcopus Meten-  
 sis, cum ambonem conscendisset, omnia  
 quæ Theodonisvillæ ad restituendum Im-  
 peratorem acta erant, legit. Deinde  
 Ebbo eundem ambonem conscendit, &  
 publice confessus est, quod sententiam  
 injustam contra Imperatorem Dominum  
 suum tulisset, cum ei poenitentiam publi-  
 cam injunxisset, postquam injuste &  
 falsis accusationibus violatus ab imperio  
 fuisset depositus; addidit, quod jam Lu-  
 dovicus juste & legitime esset restitutus.  
 Hanc suam Confessionem Ebbo sua manu  
 signatam Imperatori tradidit, quæ dein-  
 de in tabulario Ecclesiæ Metensis asser-  
 vata. Tunc autem aliis septem Archi-

*Theod. II.*  
 c. 20.

*Astron. Flod.*  
*ibid. epist.*  
*Car. ad Nic.*  
*Pap. to. 3.*  
*Conc. p. 877.*

*Hincm. de*  
*præd. c. 36.*  
 p. 324.

Sæculum IX. episcopis septem Orationes in reconcili-  
 A. C. 835. liatione pœnitentium recitari solitas su-  
 Ann. Bert. per Imperatorem cantantibus Episcopi  
 235. coronam ab Altari accipiunt, & eidem  
 imponunt. Hæc inter Missæ solemniam  
 omni populo Gratias Deo agente & læ-  
 titiam maximam profitente acta.

## §. XLVIII.

*Ebbo depositus.*

Inde Episcopi Theodonisvillam regres-  
 si contra Episcopos reos, quorum ple-  
 rique in Italiam sub Lotharii præsidium  
 confugerant, Judicium formarunt. Hil-  
 demannus Bellovacensis, in Concilio præ-  
 sens, quod sibi objiciebatur, diluit. A-  
 gobardus Lugdunensis & Bernardus Vien-  
 nensis depositi, ille quod ter vocatus non  
 venisset, hic vero, quod postquam venis-  
 set, fuga deinde se proripuisset. Obti-  
 nuerunt Episcopi, ut Dignitatis Episco-  
 palis honori daretur, ut Ebbo in Sacra-  
 rio extra conspectum Laicorum judica-  
 retur. Prementibus adversariis, ut fac-  
 torum rationem redderet, conquestus  
 est, quod a se solo pœna exigeretur fac-  
 torum tot aliis Episcopis præsentibus.  
 At illi excusare, quod coacti adfuissent  
 quidem, cum impium facinus in Impera-  
 torem attentaretur, sed sancte affirmare,  
 se minime consensisse. Tunc Ebbo in-  
 telligens, se ab omnibus destitui, Mona-  
 chum

*Epist. Car.  
 ad Nicol.  
 Astronom.*

chum quemdam Reclusum, nomine Fra- Sæculum IX.  
 megal dum ad se accersitum ad Juditham A. C. 835.

Imperatricem mittit cum annulo, ab ipsa  
 olim in eum finem accepto, ut ad se re-  
 mitteret tanquam extremi periculi indi-  
 cium. Non irritæ fuerunt apud fœmi-  
 nam memorem preces, nam ab Episco-  
 pis impetravit, ut Imperatoris animum  
 mitigarent, & Ebbonem saltem ritu pu-  
 blico & solemnino deponerent. Ergo  
 moram petiit, sibi que ipsi Judices, quod  
 Canones permittebant, delegit. Hi fue-  
 re Ajulfus Archiepiscopus Bituricensis,  
 Baduradus Episcopus Paderbornensis &  
 Modovinus Episcopus Augustodunensis.  
 Cum eis secreto peccata sua confessus  
 fuisset, Concilio porrexit Libellum sua  
 manu subscriptum in hæc verba: *Ego  
 Ebbo indignus Episcopus cognoscens fra-  
 gilitatem meam & gravitatem peccato-  
 rum meorum hos Confessarios meos & Ju-  
 dices elegi, his sincere delicta mea confes-  
 sus sum. Quæro remedium pœnitentiæ  
 & salutem animæ meæ, recedo ab officio  
 & Ministerio Episcopali, quo me indi-  
 gnum agnosco ob peccata, quæ ipsis se-  
 creto confessus sum, ita ut in Episcopa-  
 tu subrogetur alius, qui digne præesse  
 & prodesse possit Ecclesiæ, cui hæctenus  
 male præfui. Atque ut eam nunquam  
 amplius repetere valeam, manu mea pro-  
 pria subscripsi.* Verba subscriptionis

*Hincm. ibid.  
 to. 7. Conc. p.  
 1696.*

X 5 erant:

Sæculum IX. erant: *Ebbo quondam Episcopus, sub*  
A. C. 835. scripsi.

Hanc Scripturam Concilio oblatam  
 viva voce confirmavit, & dedit tres alios  
 testes, Nothonem Archiepiscopum Are-  
 latensem, Theodoricum Episcopum Atre-  
 batensem, & Achardum Episcopum No-  
 viodunensem. Et sic ab omnibus qui in  
 eodem Concilio fuerunt Episcopis acce-  
 pit sententiam dicentibus per ordinem  
 mentem suam, ut secundum secretam  
 confessionem cessaret a Ministerio. Mox  
 Jonas Aurelianensis sententiam dictavit  
 Eliæ Presbytero & postea Episcopo Car-  
 nutensi quarta die Martii anno octingen-  
 tesimo trigesimo quinto, Ludovici Im-  
 peratoris vigesimo tertio datam. Epi-  
 scopi, quos Ebbo testes acceperat, publi-  
 ce, ipso Ebbone poscente, testati sunt,  
 quod sibi confessus fuisset tale peccatum,  
 propter quod dignus non esset, Episco-  
 pale Ministerium ultra jam agere, & si  
 idem peccatum ante Ordinationem ad-  
 misisset, nullo modo Episcopus ordinari  
 debuisset. Postquam Episcopi præsen-  
 tes, numero quadraginta tres subscrip-  
 sissent, jubente Concilio Drogo Metensis  
 & Hetto Trevirensis hanc Confessionem  
 tradiderunt Fulconi, qui Successor in Se-  
 de Remensi Ebbonis fuerat designatus.  
 Fulco Abbas erat ad S. Remigium &  
 Chorepiscopus Remensis. Non illico  
 tamen

tamen ordinatus est Episcopus, quia Lu-  
dovicus Imperator volebat, ut prius in  
Depositionem Ebbonis consentiret Papa,  
ad quem hujus negotii causa Godefri-  
dum S. Gregorii in Diocesi Basileensi  
Abbatem misit. Hac Sententia pronun-  
ciata Ebbo remittitur ad Monasterium  
Fuldense, unde post breve tempus edu-  
ctus custodia Fereculfi Episcopi Luxo-  
viensis, & postea Bosonis Abbatis S. Be-  
nedicti ad Ligerim traditur; nam quoad  
Ludovicus Imperator inter vivos egit,  
libertatem consecutus non est.

## §. XLIX.

*Res Ecclesie Gallicanæ.*

Eodem anno octingentesimo trigesimo  
quinto Ludovicus Imperator, illis re-  
bus, quæ ad Religionem spectant, sem-  
per intentus Festum Omnium Sancto-  
rum, quod Romæ jam annis ducentis,  
Bonifacio IV. Auctore, agebatur, Grego-  
rio IV. hortante & consentientibus om-  
nibus Episcopis in tota Gallia & Germa-  
nia die prima Novembris celebrari jussit.  
Verba quæ in Hymno illius Festi recita-  
mus: *Gentem auferte perfidam Creden-  
tium de finibus*, accipienda sunt de Nor-  
mannorum incursionibus, quæ jam tunc  
frequentiores esse cœperant. Eodem  
anno octingentesimo trigesimo quinto  
cum Normanni e navibus suis in Heram  
Insulam

Sæculum IX.  
A. C. 835.

Sigeb. an.  
835.

Sup. Lib.  
XXXVI.  
S. 56.

Chr. Engol.

Sæculum IX. Insulam seu Nigrum Monasterium descen-  
 A. C. 835. dissent, Hilboldus Abbas anno sequente

*Translat.  
 S. Filibert.  
 to. 5. Act.  
 p. 539.*

Pipinum Aquitaniæ Regem adiit effla-  
 gitans auxilium. At rei classicæ peritis  
 visum, hanc Insulam contra piratas non  
 satis defendi posse, sed magis expedire,  
 Corpus S. Filiberti inde auferre; quod  
 eodem anno octingentesimo trigesimo  
 quinto septima Junii executioni datum.

*Sup. Lib.  
 XXXVIII.)  
 s. 59.*

Exinde hæ Reliquiæ in diversa loca trans-  
 lata. S. Filibertus Abbatia Gemetica  
 Fundator Dagoberti Regis temporibus  
 floruit.

*Sup. to. 14.  
 Act. to. 5. p.  
 637.*

Ansigisus Abbas Luxoviensis, Fontanellensis, & S. Geremari, Fontanellis defunctus ibidem inter Sanctos colitur. Ex legatis, quæ in suo Testamento scripsisse legitur, liquet, ipsum, quamquam esse Abbas Regularis, Bona propria possedisse, & opulentum fuisse. Siquidem Monasterio suo Fontanellensi libras argentum, & aliis quinquaginta Monasteriis singulis saltem unam argenti libram largitur, erant vero hæ libræ duodecim unciarum secundum marcæ argenteæ æstimationem viginti solidis & duodecim denariis æquivalentes; nam omnis hæc moneta erat argentea. Itaque centum hæ & quinquaginta libræ marcis ducentis viginti quinque exæquantur. Ex eodem Testamento præcipua, quæ illa ætate

*Le Blanc.  
 Mon. p. 95.*

ætate extabant in Francia, Monasteria Sæculum IX.  
cognoscimus. A. C. 835.

§. L.

*Hilduini Areopagitica.*

**H**ilduinus S. Dionysii Abbas seditionis filiorum in parentem Imperatorem conscius aula ejicitur anno octingentesimo trigesimo, suis Abbatiis & Archicapellani Dignitate privatur, & ad Monasterium Corbejæ novæ in Saxonia mittitur. Verum anno sequente Imperatori reconciliatus, revocatur, & duas iterum Abbatis S. Dionysii & S. Germani prope Parisios recipit. Cum Imperator primo in Ecclesia S. Dionysii Reconciliationem accepisset, & gratum animum erga eundem Sanctum aliquo monumento ostendere cuperet, data ad Hilduinum Epistola præcepit, ut quæcunque de S. Dionysii Actis extarent, tam ex ipsius Operibus, ex Græcorum Latinarumque historiis, ex aliis Commentariis præsertim ex Actis illius Martyrii in unum corpus colligeret, & Revelationem, quam Stephanus Papa in eadem Basilica habuisset, cum Hymnis & Officio nocturno S. Dionysii adjungeret. Tandem ut in alio volumine, quæ de hoc sancto viro invenisset (nempe Manuscripta prima, unde suam Historiam exciperet) omnia congereret.

*Theg. c. 36.*

*Astron.*

*Flod. III.*

*hist. c. I.*

*to. 7. Conc.*

*p. 1577.*

*Sup. Lib.*

*XLIII. §. 13*

Jussis



Sæculum IX.

A. C. 835.

ap. Sur. 9.

Oët. to. 5. p.

725. Sup. l. I.

§. 36. III. §.

22. n. 58.

Sup. Lib.

XXXII.

§. 33.

Jussis paruit Hilduinus, scripsitque S. Dionysii Historiam, in qua affirmat primum Episcopum Parisiensem non alium esse a S. Dionysio Areopagita, quem S. Paulus convertit. Quod scripsisse ad ea usque tempora nemo reperitur. Eum etiam Auctorem facit Operum S. Dionysii Areopagitæ adscriptorum, quæ in quinque primis Sæculis nemo novit, & primi omnium Eutychni in Collatione anno circiter quingentesimo trigesimo primo habita in medium adduxerunt.

Dicit Hilduinus; *Dionysium Areopagitam, postquam per aliquot annos Ecclesiam Atheniensium rexisset, subrogato sibi alio Episcopo iter Romam suscepisse, SS. Petrum & Paulum aditurum, sed ipsis Martyrio jam coronatis in Urbem pervenisse S. Clemente Pontifice, indeque ab eo cum quibusdam Sociis in Gallias missum, ut illarum Regionum esset Apostolus. Eos Arelatem primum pervenisse, deinde S. Dionysium perrexisse Parisios, Urbem Regiam, & ob Gallorum Germanorumque Comitia celebrem. Ibi Virum Sanctum ædificasse templum, Clericos ordinasse, magnum convertisse Infidelium numerum, & complura patrassse miracula. Qua re ad Domitianum Imperatorem delata, in Galliam mississe Præfectum, nomine Fescennium Sisinnium, qui cum Parisios pervenisset,*

Dio-

*Dionysium Episcopum, Rusticum Archi-* Sæculum IX.  
*presbyterum & Eleutherium Archidia-* A.C. 835.

*conum comprehensos multis tormentis af-*  
*fecisset. S. Dionysium fuisse virgis cæ-* S. Dionysius.  
*sum, in craticula super ardentibus carbo-*  
*nes positum, bestiis projectum, in forna-*  
*cem immissum, cruci alligatum & cum*  
*compluribus Fidelibus carceri denuo da-*  
*tum, ubi, Christianis captivis præsen-*  
*tibus, Missam celebranti, cum ad tempus*  
*Communions pervenisset, ei Iesus Chri-*  
*stus cum permultis Angelis factus fuisset*  
*conspicius, & sua manu Communionem*  
*porrexisset. Tandem tres Viros Sanctos*  
*in montem Martyrum † perductos, & † Montmar-*  
*coram Simulacro Mercurii securi fuis-* tre.  
*se percussos. Non modicam Christiano-*  
*rum multitudinem cum ipsis Marty-*  
*rium passos; at Corpus S. Dionysii a ter-*  
*ra se erexisse, & propriis manibus ca-*  
*put suum, Angelis sustentibus & ducen-*  
*tibus portasse. Nobilissimam deinde Ma-*  
*tronam, Catullam nomine, tria SS. Mar-*  
*tyrum corpora ex undis Sequanæ, quo*  
*Infideles ea projecissent, erepta in agro*  
*suo & in eodem loco, quem hodie Eccle-*  
*sia & Monasterium occuparent, sepeliisse.*  
*Haftenus Historia fusius ab Hilduino re-*  
*lata.*

In principio Operis Ludovici Impe- Sur. to. 5.  
ratoris Epistolam, & responsum suum p. 716.  
præmisit, in quo fontes indicat, ex qui-  
bus

Sæculum IX. bus se hanc Historiam hausisse dicit, vide-  
A. C. 835. licet Scripta, quorum S. Dionysius Au-  
 ctor credebatur, quemdam Aristarchum,  
 Historiæ Scriptorem Græcum, cujus ho-  
 minis nullibi alias mentio occurrit, quem-  
 dam Visbium, quem Martyrii S. Diony-  
 sii testem præsentem dicit, cujus nomen  
 etiam opusculum aliquod præfert, sed titu-  
 lo usque adeo absurdo & barbaro, ut nul-  
 la fide dignum sit, Hilduinus sibimetipsum  
 objicit auctoritatem Gregorii Turonen-  
 sis, se annis circiter trecentis antiquioris,  
 qui S. Dionysium primum Parisiorum  
 Episcopum sub Decio demum Imperatore  
 extitisse refert, & hoc testimonium fa-  
 tis a se dilui putat dicendo, Gregorium  
 simplicem virum fuisse.

*Sup. l. VI.*

*§. 49.*

*Inter op. S.  
Dionys.*

Hæ Collectiones Hilduini Areopagi-  
 tica dicta fuere & tanto applausu rece-  
 ptæ, ut plerique, qui postea scripserunt,  
 ex duobus Dionysiis Atheniensi & Pari-  
 siensi unam conflaverint Personam, eique  
 Opera, quæ Dionysii Areopagitæ nomen  
 præfixum habent, adscripserint. Ipsi  
 Græci in hunc errorem, Hilduini ætate,  
 lapsi sunt, quod dispicimus in Elogio S.  
 Dionysii a Michaeli Syncello Jerosolymi-  
 tano composito, & in Historia Martyrii  
 ipsius, quæ opus Methodii postea Patriar-  
 chæ Constantinopolitani esse creditur.

His non obstantibus Ussuardus & Ado  
 in suis Martyrologiis brevi post mortem  
 Hildui-

Hilduini conscriptis duos Sanctos Dionysios alterum ab altero distinguunt, cum Atheniensem die tertia Octobris & Parisiensem nona commemorant. Græci vero etiam de Atheniensi, quamvis eum a Parisiensi non discernant, tertia Octobris mentionem faciunt. Viri Critices periti Sæculo ultimo errorem, qui a tempore Hilduini receptus fuerat, manifestarunt, & demonstrarunt, non unum sed duos viros Sanctos, quibus nomen Dionysius, extitisse, jamque Ecclesia Parisiensis unum alterumque alia die veneratur.

Sæculum IX.  
A. C. 875.

Sirmond. de  
duob. Dion.  
Launoi. de  
Dion. Tille-  
m. to. 2. p.  
133. 565. to.  
4. p. 442. 712.

## §. LI.

*Translatio Viti in Saxoniam.*

Cum Hilduinus, in Saxonia & Monasterio Corbejensi versatus, cognovisset, quam vehementi desiderio Warinus Abbas flagraret, illuc ex Francia alicujus Viri Sancti corpus transferendi, quo Religio Christiana in illa Provincia firmaretur, eidem promisit, si Deus se pristinae Dignitati restitui permetteret, ipsi alicujus Sancti Corpus, de quo disponere sibi liceret, esse concessurum. Paucis post diebus Hilduinus ab Imperatore Ludovico in gratiam recipitur, qui etiam Warino Abbati Corbejensi Monasterium Resbancense in Diocesi Meldensi contulit. Tunc

Transl. Vit.  
n. 3. to. 5.  
Abt. p. 532.

Sup. lib.  
XLIII, 7.

Hist. Eccles. Tom. XI.

Y

vero

Sæculum IX. vero Warinus rogare Hilduinum, ut fibi  
 A. C. 836. daret S. Viti corpus a Fulrado S. Dionysii Abbate regnante Pipino, cum Romam reverteretur (forte anno septingentesimo quinquagesimo sexto) in Franciam allatum. Vitus puer duodennis fuisse fertur, quando cum Modesto & Crescentia in Lucania Martyrii coronam consecutus est Diocletiano Principe. Hos tres Ecclesia decima quinta Junii veneratur. Tunc igitur cum Fulradus S. Viti corpus attulisset, illud commisit custodiæ cuiusdam ex consanguineis suis, qui Ecclesiam in fundo suo ædificavit, & omnia postmodum Abbatia S. Dionysii donavit.

*Boll. 15.*

*Jun. to. 20.*

*p. 1013. Til-*

*lem. to. 1. p.*

*129.*

Nunc vero Hilduinus has Reliquias Warino dedit Ludovico Imperatori Episcopo Parisiensi, & illius Diocesis Proceribus consentientibus. Traditum est S. Martyris corpus publice & solemniter in Ecclesia S. Dionysii Die Dominica decima nona Martii anno octingentesimo trigesimo sexto, & inde primo Resbacum, postea ad S. Crucem, quod Monasterium hodie S. Faronis Meldensis dicitur, atque in plura alia loca delatum. Tandem in Saxoniam & ad Monasterium Corbejæ novæ decima tertia Junii pervenit, postquam patrata fuissent in itinere plusquam quadraginta miracula, in

*Histo-*

Historia hujus Translationis additis Per-Sæculum IX.  
sonarum & locorum nominibus enume- A. C. 836.  
rata a Scriptore, cum hæc agerentur,  
præsente. Tanta fuit concurrentis po-  
puli multitudo, (\*) ut spatium plus quam  
unius milliarii circum Monasterium ten-  
torii Nobilium personarum utriusque se-  
xus, quæ ex omnibus Saxonix partibus  
confluxerant, impleretur. Nihilominus  
in tanta hominum multitudine nullæ vo-  
ces absœnæ, nullæ scurriles, nullæ face-  
tæ audiebantur, Deum omnes diu noctu-  
que laudabant, viri feminæque in choros  
divisi in circuitu Ecclesiæ vigilabant, sæ-  
pius ad Deum clamantes, *Kyrie eleison.*  
Ita nox Vigiliæ & ipsum Festum trans-  
acta, cumque iterum complura ederentur  
miracula, rei insolitæ fama totam  
regionem pervolante undique incolæ  
pauperes divitesque sani & infirmi con-  
fluxerunt, nemo domi hære & commu-  
nis lætitiæ expers esse sustinuit.

Hæc Saxonix Neophytæ devotio fuit.

Y 2

§. LII.

---

(\*) Tanto honore primi in Saxonix Christiani & modernorum Incolarum parentes SS. Reliquias profecuti sunt!

Sæculum IX.  
A. C. 836.

§. LII.

*Translatio S. Liborii.*

*Transl. S. Lib. ap. Sur.* 23. Jul. p. 345. Sub idem tempus Badurado secundo Episcopo Paderbornensi, in cuius Diocœsi nova Corbeja erat, suam quoque Ecclesiam insignibus alicujus Sancti Reliquiis decorare curæ fuit. Nempe intelligebat Vir Sanctus, quam difficulter a superstitionibus majorum suorum abstrahi posset rudis populus, quæ sibi de Dei omnipotentia viri docti & Apostolici prædicabant non credens, nisi effectus ante oculos haberet, & beneficia acciperet sensibilia, quale est sanitas corporis prodigio recuperata; ejusmodi enim miracula in Translatione corporum Sanctorum Divinitus edi solebant. Itaque, in dicto jejunio, cum inter solemnes preces cum populo processisset ad Ecclesiam, Deo inspirante in Franciam ad Civitatem Cenomanensem viros mittere statuit, qui ab Episcopo (sedebat vero tunc Aldricus) Reliquias flagitarent. In hunc finem Baduradus impetratis a Ludovico Imperatore Litteris commendatitiis Legationem adornavit ex viris Clericis Laicisque, quorum princeps erat Presbyter, nomine Ido. Is ipse deinde hujus itineris commentarium conscripsit.

Hos

Hos igitur Delegatos Paderbornenses Sæculum IX.  
 anno octingentesimo trigesimo sexto, In- A. C. 836.  
 dictione decima quarta, vigesima octava  
 Aprilis Cenomanum pervenientes Aldri-  
 cus Episcopus perbenigne excepit, con-  
 cessitque, quæ exoptabant. Altera die  
 convocatis Clericis suis cum Davide  
 Chorepiscopo edixit, videri sibi expedi-  
 re, ut his Legatis traderetur Corpus S.  
 Liborii inter Episcopos Cenomanenses  
 quarti, cui, cum illam Ecclesiam annis  
 quadraginta novem a tempore Constan-  
 tini Magni usque ad Regnum Valenti-  
 niani rexisset, S. Martinus parentave-  
 rat. Non defuerunt Clerici, qui existi-  
 marent, carissimas exuvias, magnum Ec-  
 clesiæ Cenomanensis thesaurum, neuti-  
 quam esse dimittendas; sed tandem con-  
 sensu utcunque impetrato, cum Clericis  
 suis & Legatis ad Ecclesiam duodecim  
 Apostolorum extra muros Civitatis a S. Ju-  
 liano primo Ecclesiæ Cenomanensis Epis-  
 copo ædificatam, ubi ipsius & primorum  
 Successorum suorum corpora quiesce-  
 bant, processit. Inde corpus S. Liborii  
 depromptum a Delegatis avehitur, Car-  
 nuti a Bernuino Episcopo, Parisiis ab Er-  
 chanrado & ubicunque transferebatur,  
 honorifice excipitur. Hæc quoque Trans-  
 latio plurimis miraculis inclaruit, tan-  
 demque in Pentecoste, illo anno octin-

*Gest. Episc.  
 Cenom. Ma-  
 bill. to. 3.  
 Annal. p. 66.*



Sæculum IX. A. C. 836. gentesimo trigesimo sexto in vigesimam octavam Maji incidente, Paderbornam perventum.

§. LIII.

*S. Aldricus Cenomanensis.*

*Gest. to. 3.*  
*Miscell. Ba-*  
*luz. Boll. I.*  
*p. 387.*

Aldricus Episcopus Cenomanensis ex primis Francorum stirpibus ortus, & affinitate cum nobilissimis Saxonum, Alemannorum & Bavarorum familiis conspicuus, duodennis a Patre ad Regiam mittitur, inter Caroli Magni & Ludovici filii ipsius Clientes recipiendus, quibus & toti Aulæ carissimus fuit. Postquam autem piissimus adolescens per diem solita Principi obsequia præstitisset, noctu vigilabat, & in Ecclesia Sanctæ Virginis Aquisgrani secreto Psalmos recitabat. Quadam die pro more suo orans, cum jam ad annos pubertatis pervenisset, stimulos sensit internos, quibus incitabatur, ad relinquendum Sæculum, seque totum Dei Servitio mancipandum. At veritus, ne hæc Dæmonis esset illusio, per sex mensium spatium Deum ferventissimis precibus fatigavit, ut se de sua voluntate certiores faceret, cumque elapso illo tempore in concepto proposito se confirmatum existimaret, petit a Rege facultatem recedendi ab aula, quæ ægre impetrata, & concessa sibi atque duo-

duobus aliis Clericis stipendio, Metas se  
contulit. Sæculum IX.  
A. C. 836.

Aldricus itaque ab Episcopo & Clericis Metensibus humanissime receptus, & habitu Clericali publico Ritu indutus, didicit cantum Romanum, Grammaticam & Sacræ Scripturæ Historiam. Tum vero post duorum annorum lapsum Episcopus (tunc sedebat Gundulfus) eum in Ecclesia S. Stephani Diaconum ordinavit. Rursus curriculo trium annorum expleto a Drogone Presbyter creatur. Subinde Clericorum Electione ad officium Cantoris admovetur, Scholis præficitur, Primicerius constituitur, eique cura omnium Clericorum in Civitate & Diocesi omniumque Monasteriorum committitur. Cum itaque viri fama ad Imperatoris aures pervasisset, accersitur, invitatus ad Regiam venit, & Ludovico Imperatori a Confessionibus esse jubetur. Vix menses quatuor hoc munere functum, Francone Episcopo Cenomanensi morte consumpto, Landranus Archiepiscopus Turonensis, Rorico Comes Cenomanensis, omnes illius Diocesis Primores, Clerici, populusque Aldricum Episcopum eligunt. Consentit Imperator, Drogone concedente Litteras dimissoriales tam ad Archiepiscopum Turonensem, quam ad Episcopum Neo-electum, qui suæ Ec-

to. 5. mist.  
p. 141. 142.

Sæculum IX.  
A.C. 836.

*Gest. episc.*  
*Cenom to. 3.*  
*Analect. Ma-*  
*bill. p. 276.*

*Hist. O. S. B.*  
*liv. 5. c. 15.*

clesiæ Presbyter erat, directas. Ergo  
solemni ritu in Ecclesia Cathedrali Ce-  
nomanensi a Landrano, suo Metropolita,  
& illius Provinciæ Episcopis Die Do-  
minica, vigesima secunda Decembris  
anno octingentesimo trigesimo secundo,  
annos natus triginta duos ordinatur, il-  
lamque Sedem annos viginti quatuor te-  
nuit. Tertio post ordinationem die ad-  
fuit Imperator, & Cenomani Festa Na-  
talis Domini transegit. Primo sui Re-  
giminis anno Aldricus constructo aqua-  
ductu Cenomanensium necessitati con-  
suluit, cum antea in Civitate aqua vi-  
caro pretio comparari posset, quam ci-  
ves ex Sarta amne advehere cogebantur.  
Eodem anno cœpit claustra ædificare pro  
Canonicis, qui in diversis ædibus Civi-  
tatis habitantes commode ad celebra-  
nda Divina officia coire non poterant.  
Complura Monasteria & septem Xeno-  
dochia vel fundavit vel restauravit.

## §. LIV.

*Concilium Aquisgranense secundum.*

*to. 7. p. 1700.*  
*Astron. an.*  
*835.*

Aldricus Episcopus Comitibus a Ludovi-  
co Imperatore mense Februario an-  
no octingentesimo trigesimo sexto cele-  
bratis seu alio nomine Concilio Aquis-  
granensi secundo interfuit. Hujus Con-  
cili

Sæculum IX.  
A. C. 836.

cilii Acta in duas partes dividuntur, & in prima continentur tria Capitula, quorum duo priora sunt responsa ad Articulos ab Imperatore propositos, in iisque docetur, qualem vitam & Doctrinam Episcoporum & Ordinum inferiorum, id est, Abbatum, Canonorum & Monachorum, Chorepiscoporum, Archipresbyterorum, Archidiaconorum & tandem Presbyterorum esse oporteat. Hæc autem Responsa magis exhortationes quam leges dicenda videntur, nec quidquam aliud continent, quam monita generalia ex Canonum collectionibus & ex SS. Patribus excerpta. Id solum notatu dignum, culpari in iis Episcopos, quod in Cœna Domini oleum infirmorum consecrare, & in Vigilia Paschæ officium nocturnum, id est, fontes benedicere negligerent. Deposito denunciatur Episcopis vel aliis Clericis, qui ab Imperatore Ludovico fide, quam juraverant, violata defecerint. Laicis ob hanc perfidiam excommunicatio indicitur. In tertio Capitulo continentur monita ad Imperatorem ipsum, ad ejus filios & ad Proceres, suntque iterum pleraque generalia. Illud vero tanquam omnium malorum fontem indicant, quod Principes in causas Ecclesiasticas, & Episcopi in Sæculares sese ingesserint. Rogatur Imperator, ut

c. 2. 8. 9.  
c. 12.

c. 5.  
15.  
16.  
17.

Y 5                      Episco-

Sæculum IX. Episcopis suam libertatem reddat, eos-  
 A. C. 836. que & alios viros Ecclesiasticos tempus

c. 23.

Quadragesimæ tranquille consumere  
 permittat. Petitur, ut Presbyteri di-  
 versarum Diœcesium qui Palatium ad-  
 eunt ibique ministrant, nisi consensum  
 Episcoporum suorum exhibuerint, re-  
 pellantur, ne per errorem tales admir-  
 tantur, qui magnorum criminum rei sunt,  
 vel impostores, ne quidem ordine Pres-  
 byteratus insigniti. In conclusione hu-  
 jus Partis primæ Episcopi de distinctione  
 Potestatum prolixè differunt, fatentur,  
 se potestatis suæ limites fuisse transgre-  
 sos, atque filiorum in Patrem & Cæle-  
 rem rebellionem ansam dedisse perpe-  
 trandi facinoris omnibus retro Sæculis  
 inauditi. Tum subjungunt: *Quæ cum  
 ita sint, unicum reparandis rebus super-  
 esse remedium existimamus, si plena pot-  
 state, quam a Jesu Christo acceperunt,  
 Episcopis relicta, tu illa, quæ tibi ut Pa-  
 tri & Imperatori competit, libere utaris.*

*Astronom.*

Pars secunda Concilii Aquisgranen-  
 sis ad Pipinum Regem Aquitaniæ dirigi-  
 tur, continetque vehementem exhorta-  
 tionem ad eum permovendum, ut Bona  
 Ecclesiastica a se ipso & Regni sui Opti-  
 matibus usurpata, ut Mandata Impera-  
 toris parentis sui anno octingentesimo  
 trige-

trigesimo quarto ad ipsum data ferebant, restitueret. Aldricus quoque Episcopus Cenomanensis & Erchanradus Episcopus Parisiensis omnium Confratrum suorum nomine Monita tradiderant, quæ hodie non extant; in hoc Concilio autem adjunxerunt multa testimonia ab Auctoritate Sacræ Scripturæ petita in tres libros digesta, ubi doctrinam de Bonis Ecclesiasticis solide pertractant, & ad objectionem Sæcularium illam vulgarem respondent; *an aliquid mali sit, si his Bonis, premente necessitate, utamur? nec Deus, nec Sancti his indigent. Omnia Dei sunt, & ad utilitatem nostram omnia, quæcunque in Orbe terrarum sunt, creavit.* Itaque Episcopi ex tota Sacrarum Scripturarum historia demonstrant, Sanctos Viros a Mundi exordio Sacrificia & oblationes attulisse Deo gratissimas; imo Deum omnipotentem præcepisse, ut sibi ab homine Bona terrena offerrentur, vota hominum sacra, quibus sibi fundi & agri consecrabantur, approbasse, illos severe a Deo punitos, qui ejus Servitium vilipendissent, Res Deo Sacras aut profanassent aut diripissent. Et tandem eandem rationem Bonorum Ecclesiasticorum in nova lege ac in veteri habendam esse. Ad vota successit Episcoporum conatus; Rex enim Pipinus Parentis

Sæculum IX.  
A. C. 836.

c. 27.

c. 32.

c. 34.

Lib. 2. 3.

Astron.

Sæculum IX. tis & ipsorum monitis morem gessit, &  
 A. C. 836. dati literis omnia Bona Ecclesiastica  
 restitui iussit.

§. LV.

*Comitia Theonisvillæ & Stramianse.*

Mense Majo eodem anno octingentesimo trigesimo sexto, Ludovico Imperatore Theonisvillæ Comitia celebrante, advenerunt a Lothario delegati atque præter alios Wala Abbas, cui Imperator in gratiam recepto præterita omnia, mitissimi animi Princeps, ignovit. Fœdera quoque & pacta cum Lothario filio inita; eumque Pater per eosdem, quos remittebat, Legatos invitavit, ut ad se celeriter veniret. At morbo fontico & contagioso prohibitus est ne iter possit suscipere. Complures factionis ejus viri præcipui illa tabe consumpti; videlicet Wala Abbas, qui die ultima Augusti hoc anno octingentesimo trigesimo sexto extinctus est, Jesseus Episcopus Ambianensis, Elias Trecensis, & complures ex Proceribus alii. Tantum vero abfuit, ut Ludovicus Imperator lætaretur comperta morte eorum, qui sibi atrociter adversati fuerant, ut potius peccatus tunderet, & flens largissime Dei justitiam flectere adniteretur. Porro cum Lothario

*Mabill. to. 5. Act. p. 455.*

*Coint. 836. n. 56.*

*Astron.*

Lotharius morbo impediretur, quo mi- Sæculum IX.  
 nus Comitiis in æstate ejusdem anni A. C. 836.  
 octingentesimi trigesimali sexti Stramiaci,  
 quod hodie *Crempieu* dicitur, prope Lug-  
 dunum celebratis interesset, duo tamen  
 Fratres ejus Pipinus & Ludovicus adve-  
 nerunt. Ibi, jubente Imperatore paren-  
 te, causæ Ecclesiarum Lugdunensis & Astron.  
 Viennensis, Agobardo & Bernardo depo-  
 sitis, vacantium ad examen vocatæ. Ve- Sup. §. 46.  
 rum in absentes nihil statutum est; nem-  
 pe cum non fuissent auditi, existimarunt  
 Episcopi, alios in ipsorum Ecclesiis ordi-  
 nari non posse.

§. LVI.

*Ludovicus Ecclesiam Romanam  
 tuetur.*

Postquam Lotharius ex morbo conva- Astron.  
 luit, ad Imperatorem Patrem defer-  
 tur, quod ejus milites Ecclesiæ Romanæ  
 S. Petri Subditos contra datam fidem  
 crudeliter haberent. Etsi Ludovicus in-  
 dolem sortitus esset mansuetissimam, ad  
 hoc nuncium tamen ita excanduit, ut il-  
 lico Legatis mandata daret, & profectio-  
 nem eorum in Italiam præscripto tempo-  
 ris spatio vix sufficiente immodice ur-  
 geret. Id vero Parentis nomine Lotha-  
 rio nuntiare jubebantur: *An e memoria  
 excidit, cum te Regno Italia præficerem,*  
me



Sæculum IX.  
A. C. 836. *me tibi cum primis præcepisse, ut Sanctæ Ecclesiæ Romanæ curam gereres? an nescis, tui esse officii banc Ecclesiam tueri? nunc vero audio, quod eandem a militibus tuis diripi patiaris. Cura etiam, ut comitatus & diversoria parata in tota via, quæ Romam ducit, inveniam; nam ad Apostolorum limina invisere animo constitui.*

Verum aliud evenit, nam Normannorum in Frisiam irruptione Imperator profectionem Romanam suscipere prohibitus est. Ad tempus hujus incursionis refertur Martyrium S. Liberti,

*Molan. in* quondam S. Rumoli Discipuli, cujus memoria Mechliniæ decima quarta Julii colitur. Ergo Imperator Fulconem Abbatem Fontanellensem cum quodam Comite, nomine Richardo, remittit in Italiam, qui Lotharii responsum afferret.

*Uward.*  
*14. Jul.*

*Astron.*

*Ann. Bertin.* Misit præterea Adrevaldum Abbatem Flaviniacensem, qui Papam de quibusdam rebus consuleret. Id quoque a Lothario postularunt, ut Bona in Italia sita, ad Ecclesias Franciæ pertinentia, & ab hominibus Lothario subditis usurpata, restituerentur. Lotharius parte aliqua eorum, quæ petebantur, reddita, excusavit, quod non omnia restituerentur, esse enim impossibile, ut id effectui daretur. Adrevaldus, Romam perveniens, Papam ibi agro

ægotantem habuit; qui vero videns Sæculum IX.  
A. C. 837.  
quam blande & honorifice Imperatoris  
nomine salutaretur, usque adeo refocil-  
latus est, ut vix ullus doloris sensus re-  
maneret. Itaque Adrevaldum liberalis-  
sime habitum & donis pretiosis cumula-  
tum additis itineris sociis Petro Episco-  
po Centumcellensi, & Georgio Episcopo  
Regionis Romanæ (id est Pontificis Suf-  
fraganeo) remisit. At vero Lotharius  
comperto, quod hi duo Episcopi ad Im-  
peratorem Patrem suum proficisceren-  
tur, Leonem, virum, cujus magna apud  
Lotharium erat potestas, Bononiam sine  
cunctatione misit. Porro illius commi-  
nationibus perterriti duo Episcopi iter  
suum prosequi non sunt ausi. Adreval-  
dus ut saltem epistola Papæ, ad Impera-  
torem data, salva esset, eam a quoquam  
suorum sub mendici habitu transmisit.

§. LVII.

*Ludovicum Cometa terret.*

Cum voveretur annus octingentesimus  
trigesimus septimus, & Pascha in  
diem primam Aprilis incidisset, Come-  
ta in signo Virginis conspicuus factus,  
postquam viginti quinque dies suo fulgo-  
re mortales terruisset, in capite Tauri vi-  
deri desit. Ludovicus Imperator ejus-  
modi

*Astron.*

Sæculum IX, modi Phœnomena observandi studiosus, A. C. 837. antequam cubitum concederet, accersito Astronomo, qui ipsius vitam scripsit, interrogat, quid de hoc Cometa sibi videretur. Respondit Astronomus, si sibi mora concederetur in crastinam, edicturum se, quid sentiret. Intelligens Imperator, quod res erat, eum moram petere, ne sibi triste quidquam aperire cogere, scio, inquit, *me heri sub noctem hoc astrum non vidisse, sed esse Cometam, de quo præteritis proximè diebus nobis sermo erat. Dic mihi, quid eo portendi credat.* Cumque Astronomus aliqua eorum, quæ cogitabat, protulisset, & premeret reliqua, addidit Imperator, *est tamen aliquid, quod dissimulas; ajunt enim, hoc prodigio Regni vicissitudinem, & Principis mortem indicari.* Tum Astronomus *Jerem. 10. 2.* textum Prophetæ adduxit dicentis: *signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. Iterum Imperator: Christiani nihil timeant, nisi Creatorem suum, qui etiam hoc astrum condidit. Sed clementiam satis mirari non possumus Divini Numinis, ejusmodi signis ignaviam nostram ad pœnitentiam excitantis.* Tum omnibus ad somnum capiendum abire jussis, ipse orando noctem consumpsit, & cum illuxisset, familiaribus vocatis præcipit, ut eleemosynæ largissime, & quantum

tum fieri posset, pauperibus, Monachis & Canonicis præberentur. Missas etiam a Sacerdotibus, quotquot aderant, celebrari petiit, non tam sibi quam Ecclesiæ, cujus tutelam susceperat, timens. Alius Cometa in signo Scorpionis prima Januarii anno sequente millesimo trigesimo octavo apparuit, eumque Pipini Regis mortem, quæ brevi post secuta est, portendisse crediderunt.

Sæculum IX.  
A.C. 838.

## §. LVIII.

*Ludovici Imperatoris obitus.*

Ludovici Imperatoris obitum etiam memorabilis illa solis eclipsis præcessit, quam idem Astronomus tanquam mortis ipsius omen cœlitus datum adnotare non prætermisit. Cum Ludovicus Rex Baviaræ ad arma prorupisset, indignatus, quod Imperator Pater novam Provinciarum divisionem suo damno & ad augendam fratrum suorum Lotharii & Caroli potentiam moliretur, re ad Imperatorem delata, Pictaviensi Civitate, ubi hyemaverat, excedens in Quadragesima anni octingentesimi quadragesimi iter cum exercitu ingressus est præter consuetudinem; quippe alias solebat hoc Sacro tempore Psalmos cantare, orare, Missæ interesse, eleemosynas distribuere, & to-

*Astron.*

*Hist. Eccles. Tom. XI.*

Z

tum

Sæculum IX.  
A. C. 840. tum pietatis operibus ita consumere, ut  
vix una alterave die equum conscende-  
re & corporis vigorem salubri motu con-  
servare vacaret. Tunc vero etiam si es-  
set senectute gravis, & rheumate labe-  
raret, officii sui esse existimavit contra  
Ludovicum filium movere. Festo Resurre-  
ctionis Domini devotissime, ut so-  
lebat, Aquisgrani celebrato, moxque fe-  
perato Rheno, nunciatur, filium cum co-  
piis abscessisse. Ergo Comitia Worma-  
tiæ celebranda indicit, & Lotharium fi-  
lium ad ea venire jubet. Illo igitur tem-  
pore videlicet die tertia Rogationum,  
quinta Maji & Vigilia Ascensionis terri-  
bilis eclipsis omnium mentes reddidit  
attonitas. Interim Imperator omnes re-  
bos fastidians & viribus destitutus in qua-  
dam Insula prope Moguntiam castra fige-  
re & lectulo se tradere cogitur, Ecclesie  
statum & turbas, quas ominabatur ven-  
turas, vehementer dolens, nam meliorum  
fratrum discordia sperare non permitte-  
bat, quorum tamen omnium causa ipsius  
in Juditham & Carolum filium amor  
animusque plus justo propensus causa  
existebat. Multi Episcopi aliique Cleri-  
ci, qui solatium afferrent, aderant, & in-  
ter ceteros Hetto Trevirensis Archiepis-  
copus, Otgarus Moguntinus, Drogo Im-  
peratoris frater Episcopus Metensis &  
Archi-

Imperator  
ægrota.

Archicapellanus, in quo maximam po-  
 fuerat fiduciam; unde eidem quotidie  
 conscientiae suae naevos in confessione  
 aperiebat, & quotidie Domini nostri cor-  
 pus accipiebat. Imo diebus omnino  
 quadraginta nullum alium cibum capere  
 potuit. Hinc laudabat Deum dicens:  
*Justus es Domine! quod me invitum, cum  
 in Quadragesima non jejunaverim, modo  
 ad jejunandum compellas.*

Sæculum IX.  
 A. C. 840.

Ludovicus porro Drogoni fratri suo  
 præcepit, ut illis, qui Principi a cubicu-  
 lis erant, convocatis, commentarium  
 conscribi curaret omnium rerum mobi-  
 lium, quæ de more, cum Imperator iter  
 faceret, vehebantur, nempe coronæ, &  
 alia ornamenta regia, arma, vasa, libri,  
 vestes Sacerdotales; eaque omnia in Ec-  
 clesias, in pauperes, & duos filios suos  
 Lotharium & Carolum dividi. Lotha-  
 rio misit coronam, gladium & sceptrum  
 ea conditione, ut Carolum & Juditham  
 matrem ipsius nunquam destitueret, sed  
 fratri suo minimo illam Regni partem,  
 quam ipsi dederat, assereret. Imperator  
 deinde Deo gratias egit, quod jam ni-  
 hil amplius possideret, de quo posset dis-  
 ponere. Tandem Drogo, quod alii Epis-  
 copi suadebant, interrogat Fratrem an  
 non filio suo Ludovico ignosceret. Pri-

**Saeculum IX.** mum factus est, gravem se in seditiosum  
**A. C. 840.** iram concepisse. Tum deliberavit, &  
 collectis, quæ supererant, viribus narra-  
 re cœpit, quantas ab eo, ut putabat, ille-  
 tas sibi injurias tulisset, & tandem adje-  
 cit: *Cum venire non possit, ut veniam ro-  
 get, facio, quod possum, testorque Deum  
 & vos omnes præsentem, ei me, quæcumque  
 in patrem & Regem deliquit, ignoscere.  
 Vestrum est, eundem monere, ne ipse suo  
 officio desit.*

Jussit deinde Ludovicus cum Sabba-  
 tum esset, & nox appropinquaret, offi-  
 cium nocturnum sequentis Dominice  
 cantari, & particulam de ligno veræ Cru-  
 cis suo pectori imponi. Signum veræ  
 Crucis, quamdiu potuit, sua manu in  
 fronte formavit, & deficientibus viribus  
 nutu a Drogone petiit, ut se signaret.  
 Nocte in hunc modum exacta, die super-  
 veniente jussit Altare parari, in quo Dro-  
 go Sacris operatus est, eique Commu-  
 nionem porrexit. His actis rogavit Dro-  
 gonem ceterosque præsentem, ut tantis-  
 per quieti indulgerent. Tandem sen-  
 tiens supremam horam sibi advenisse,  
 revocavit Drogonem, sequentibus eum  
 reliquis Episcopis; tum significans, ut  
 poterat, quod se eorum precibus com-  
 mendaret, petiit, ut preces pro agniti-  
 zanti-

**Obit.**

zantibus dici solitas inciperent. Dum recitantur, oculis in lævam partem cum indignatione converſis omni qua poterat contentione dixit *bouts, bouts*, quæ vox lingua Teutonica ſignificabat: *foras! foras!* crediderunt præſentes, ipſi malignum Spiritum fuiſſe objectum. Mox vero oculos in Cœlum lætanti ſimilis lævavit, atque ita obiit vigesima Junii, anno octingenteſimo quadrageſimo, ætatis ſuæ ſexageſimo quarto, Imperii vigesimo ſeprimo. Corpus ejus Metas translatum & in Eccleſia S. Arnulfi juxta corpus Hildegardis matris ſuæ ſolemni pompa deſiſitum.

Sæculum IX  
A. C. 840.

### §. LIX.

#### *Ludovici ſpecies.*

Erat Ludovico ſtatura corporis medio-  
cris, oculi magni, naſus longior, hu-  
meri lati, robuſta brachia, hinc eo ſoler-  
tius nemo arcum tractabat, nemo violen-  
tius torquebat haſtam. Vox ei maſcula,  
latina lingua ipſi æque familiaris fuit ac  
patria, nec Græcam ignoravit. Juvenis  
Poetarum gentilium carmina didicerat;  
exinde vero ea nec legere nec audire  
voluit. Econtra Sacræ Scripturæ ſtu-  
dio delectabatur, cujus diverſos ſenſus,  
Spiritualem, Moralem, & Anagogicum

Theg. c. 19.

Z 3

noxe-



Sæculum IX. noverat. Singulis diebus tempore matutino in Ecclesiam se conferens genua flectebat, ita inclinato corpore, ut fronte pavementum contingeret. Longo tempore & quandoque inter lacrymas orabat. Quotidie antequam pranderet, eleemosynas largiebatur, & quancunque Civitatem aut arcem intrasset, pro pauperibus etiam diversoria parabantur. Cibum potumque sobrie capiebat, nec unquam effuse ridere audire est. In Festis majoribus, quibus cantores, tibicines & histriones plebem exhibere solebant, ipse vultu ad modestiam composito ceteros continebat. Nec ambitiose vestiebatur, exceptis Festis celebrioribus, in quibus totus auro coruscabat corona ornatus, & sceptrum manu gestans. Etiam virtute munificentiaque praeeditus erat, multosque agros Regii patrimonii in privatos contulit. Nihil sine consilio moliebatur; sed tantum temporis cantu Psalmorum & lectione consumebat, ut sæpe nimis res a se gerendas amicorum, quorum opera utebatur, arbitrio committere cogeretur. Noxiam consuetudinem non abolevit, qua Episcopi ex conditione servili assumebantur; hi etenim propinquos suos manumittebant, eosque tum datis litteris tum per nuptias, quas eis cum nobilibus

c. 20.

bus conciliabant, plus justo evehebant. Sæculum IX.  
A. C. 840.  
Talis fuit Imperator Ludovicus, hujus  
nominis inter Reges Francorum pri-  
mus, (\*) cui facilitas remittendi injurias  
cognomentum Pii peperit.

§. LX.

*Agobardi Obitus.*

Jam aliquo abhinc tempore Ludovicus Ado Chr. S.  
B. to. I.  
Imperator concesserat, ut Agobardus  
Lugdunensis & Bernardus Viennensis Se-  
des suas repeterent; hoc autem anno Bibl. Lap. p.  
293. Boll. to.  
p. 748. 6.  
Jun.  
ex Aquitania discedens reliquit ibi Ago-  
bardum, qui interea huic Regno præef-  
set. Verum Agobardus e vita excessit  
apud Xantones sexta Junii, quem ipsius  
Ecclesia Lugdunensis sub nomine S. Age-  
balbi honorat, & quia eum denuo  
apud Imperatorem gratia valuisse vi-  
demus, conjectura est, ipsum culpam  
seditionis, cujus conscius fuit, satis ex-  
piasse. Ceterum hanc culpam etiam  
Wala Abbas aliique viri exploratæ san-  
ctitatis admiserant, quam maxima Lu-  
dovici imbecillitas excusabat.

Præter Scripta, quorum mentionem  
fecimus, alia complura nobis Agobardus

Z 4 reli-

(\*) Nisi hoc nomen idem sit quod veteribus  
Francis Clodoveus.

Sæculum IX, reliquit; ea vero, quæ adversus Amala-  
A.C. 840. rium edidit, ultima fuisse videntur.

Amalario Ecclesiam Lugdunensem reprehendente, quod nova & aliena in catum Ecclesiasticum introduxisset, Agobardus eam defendit edito Tractatu, cui Titulus: *de Divina Psalmodia*. Postea Amalarii opus impugnavit alio libro publicæ lucis facto cum titulo: *de Correctione Antiphonarii*, dicens non solum errores sed etiam Hæreses inesse. Tandem tertium quoque opus evulgavit Amalarium aperte aggressus, & complura in Tractatu ejus de officiis Ecclesiasticis vituperans. Hac vero Critica non obstante posteritas Amalarii Scripta plurimi fecit, nec dissimulandum est, multa in Agobardi Scriptis legi, quæ animum acriter commotum & præjudicio occupatum produnt. Successorem in Sede Lugdunensi habuit Amolonem ejusdem Ecclesiæ Diaconum, Die Dominica decima sexta Januarii Episcopum ordinatum.

